MONUMENTA CATHOLICA

pro

Independentia Potestatis Ecclesiasticae

ab

Imperio Civili.

Collegit et edidit

AUGUSTINUS de ROSKOVÁNY,

CANONICUS AGRIENSIS.

TOMUS II.

Monumenta Sec. XIX. usque an. 1845. complectens.

MONUMENTA CATHOLICA
pro
Independentia Potestatis Ecclesiasticae
ab
Imperio Civili.

Collegit et edidit

AUGUSTINUS de ROSKOVÁNY,

CANONICUS AGRIENSIS.

TOMUS II.

Monumenta Sec. XIX. usque an. 1845. complectens.

QUINQUE-ECCLESIIS, 1847.
Typis Lycei Episcopalis.

INTRODUCTIO.

Periodus V. Seculum XIX. complectens usque annum 1845.

1. Pontificatus Pii VII. a. 1800—1823.

a) Ipsius Summi Pontificis Constitutiones et Epistolae pro tuendis iuribus Ecclesiae.

Quae antiquiorum et recentiorum seculorum Summi Pontifices pro tuenda atque vindicanda libertate, independentia, ac immunitate Ecclesiae reliquerunt constantis studii, fortisque animi sui exempla: ea nostri quoque seculi Pontifices praeclàre imitati, invicto pariter animo irremissoque zelo Ecclesiasticae Potestatis ab Imperio Civili independentiam propugnarunt. Monumentorum huiusmodi complura suppeditat gloriosus ac diuturnus *Pii VII.* Pontificatus

α) in Gallia.

Anno quippe 1801. Pius 7. in *Concordato*, quod ad restituendum in Galliis Religionis Catholicae cultum cum primo Consule Reipublicae Gallicanae Napoleone Bonaparte iniit, literisque apostolicis subin confirmavit, ante omnia liberum Catholicae Religionis exercitium, publicumque cultum stabilivit; tum concesso Consuli iure nominandi ad Episcopatus, confirmationem sive canonicam institutionem Episcoporum sibi reservavit, admisitque, ut tam Episcopi quam inferioris ordinis sacerdotes Rectoribus Reipublicae iuramentum fidelitatis nuncupent; pro Ecclesiarum Praesulibus porro ius circumscribendi parochias, nominandi parochos, erigendi Seminaria et Capitula vindicavit; demum ab urgen-

da bonorum ecclesiasticorum abalienatorum restitutione nonnisi facta praevie per Gubernium Civile de dotandis Ecclesiis sponsione, abstinuit. *)

Anno 1803. per Cardinalem Legatum suum in Galliis *Caprara* gravem Gubernio Civili repraesentationem fieri iussit contra sic dictos *Articulos organicos*, a Gubernio Civili post conclusum Concordatum die 8. April. 1802. publici iuris factos, multaque adversus doctrinam et disciplinam, iuraque Ecclesiae continentes. Repraesentatio Pontificia docte evolvit: Articulis organicis non solum libertatem pro exercitio Religionis Catholicae per Concordatum stipulatam reipsa adimi, verum etiam doctrinam catholicam multimode impeti, potestatemque ecclesiasticam arbitrio laicorum subiici; specialim autem impugnat memorata Repraesentatio necessitatem Placeti Regii ad promulgationem literarum Sedis Apostolicae per Articulos organicos propositam, Placetumque tamquam libertati Ecclesiae oppido adversum demonstrat; porro impugnat recursum ab abusu Potestatis Ecclesiasticae ad Civiles Magistratus per eosdem Articulos stabilitum, item influxum Civilis Gubernii ad determinandum cultum divinum, ad examinationem Episcoporum, ad directionem Seminariorum; verbo potestatem ecclesiasticam per sancita articulorum organicorum multipliciter restrictam reclamat. **)

Allocutio Summi Pontificis, quam post suum Parisiis e coronatione Napoleonis reditum die 27. Junii 1805. ad Cardinales habuit, plura memoratu digna complectitur. In ea nempe edisserit, quanta cum libertate et fortitudine animi Ecclesiae in Galliis inflicta vulnera Imperatori Gallorum exposuerit, quamve promtum ac paratum ad haec sananda Caesaris animum expertus fuerit; nam multa ad pristinum splendoren cultui divino publico restituendum per Gubernium constituta fuisse, et in mandatis datum, ut Episcopi potestate sua iudiciaria libere fruantur, secularium que ministrorum conatus ad coarctandam potestatem eccles. directi reprimantur, impedimenta item iuventutis in numerum

*) *Mon. 283. pag. 1.*

**) *Mon. 284. pag. 9.*

Clericorum cooptationi objecta minuantur, enarrat Summus Pontifex; simul significans, *Scipionem Ricci* Pratensem ac Pistoriensem in Hetruria Episcopum errores suos retractavisse, dogmaticoque iudicio Sedis Apostolicae de Synodi Pistoriensis actis sub Pio VI. a. 1794. deprompto subscripsisse. *)

Licet autem Summus Pontifex paulo post coronationem Imperatoris Gallorum spe sua, quam in promissis Napoleonis de restituendis pristinae libertati rebus Ecclesiae et Episcoporum collocavit, frustratus fuerit, Caesare Gallorum in obversum promissorum suorum a Summo Pontifice tam politico quam religioso respectu plura regulis Ecclesiae contraria postulante: eadem tamen constantia Pontifex iniqua postulata repulit, quam iam antea pro tuenda libertate Ecclesiae insigniter testatus fuerat. Signanter in Brevi ad Napoleonem 21. Mart. 1806. dimisso non solum postulata politica Napoleonis reiecit, verum et praetensiones ab eodem in ditiones Status Pontificii formatas pluribus argumentis confutavit, ostendendo, quam magna sit temporalis Principatus cum Sede Apostolica coniuncti necessitas ad asserendum Summo Pontifici tutum liberumque potestatis spiritualis exercitium. **) In literis porro ad Cardinales 5. Febr. 1808. exaratis tum firmum suum de non cedendo temporali S. Sedis dominio — tamquam sancta haereditate non sine evidenti Divinae Providentiae consilio a Romanis Pontificibus tam longa seculorum serie possessa — propositum enunciat; tum postulata Gubernii Gallicani ecclesiastico respectu formata, utpote de erigendo in Galliis Patriarchatu a Sede Apostolica independente, de invehendo in ditiones Status Pontificii Codice legum Gallicano, de independentia Episcoporum a Sede Apostolica, de abolitione Regularium etc. tamquam talia, quae salva Ecclesiae unitate et doctrina a se haud subscribi possint, dispulit. ***) Precibus antem atque monitis et protestationibus haud proficientibus, imo occupatione ac

*) *Mon. 285. pag. 22. — Conf. Tom. I. pag. 501.*

**) *Mon. 286. pag. 27.*

***) *Mon. 287. pag. 36.*

direptione patrimonii S. Petri, abolitione Monasteriorum, contemtu disciplinae ecclesiasticae et SS. canonum, promulgatione codicis legum ipsis evangelicis praeceptis ac iuri divino adversantium, vexatione Cleri, sacrae potestatis Episcopalis subiugatione, vique conscientiis Praesulum ac sacerdotum multimode illata, aliisque nefariis ausibus ex parte Gallorum attentatis et continuatis: Summus Pontifex gladium potestatis suae strinxit, exemploque praedecessorum suorum, qui ob unum etiam quandoque crimen anathemati obnoxium contra Reges et Principes contumaces ita exigente Ecclesiae causa ad extremum remedium descenderant, die 10. Junii 1809. contra auctores et fautores praemissorum excommunicationem maiorem, aliasque censuras ecclesiasticas vibravit. *) Pontifice dein per Gallos Savonam in captivitatem abducto, et libertate privato, nullasve erga propositionem Imperatoris Gallorum resolutiones in rebus ecclesiasticis edere volente, ac signanter Praelatos ab eodem nominatos canonica institutione providere recusante, in magnam devenit Gubernium Gallicanum perplexitatem, praesertim postquam Pius PP. in Brevi ad Cardinalem Caprara AEppum Mediolanensem 26. Aug. 1809. edito, in quo apostolicam suam sententiam super qualinam effectu nominationis Praesulum per Gallorum Caesarem factae exponit, diserte declaravisset: se, donec calamitatibus, quas Gubernium Civile Ecclesiae intulit, finis impositus, attentataque adversus libertatem, disciplinam et doctrinam Ecclesiae revocata non fuerint, ius nominandi ad vacantes Ecclesias in Imperatore haud recogniturum, nec proinde ita nominatis canonicam institutionem daturum; **) in altero autem Brevi ad Cardinalem Maury, quem Napoleon in AEppum Parisiensem designavit, et per Capitulum in Administratorem AEppatus eligi procuravit, die 5. Nov. 1810. exarato Cardinalem sic electum tum quod nominationem Caesaream in subversantibus adiunctis non obstante contraria declaratione Pontificia acceptaverit, tum quod dimissa propriae Ecclesiae guberna-

---

*) *Mon. 288. pag. 12.*

**) *Mon. 289. pag. 52.*

tione per alterius Ecclesiae Capitulum in Administratorem Episcopatus se eligi siverit, graviter redarguisset, auctoritateque Pontificia iussisset, ut administrationem Ecclesiae Parisiensis mox dimittat, pessimi pro Ecclesia exempli fore docens, si civilis potestas paulatim iam eousque pertingere sinatur, ut in vacantium Sedium Eppalium administrationem instituat, quos ipsi libuerit. *)

Quamquam vero Summus Pontifex iura sua circa institutionem canonicam Episcoporum praeallatis documentis egregie tuitus fuerit, praetensionesque civilis Gubernii libertati Ecclesiae adversas forti animo repulerit: serius nihilominus et Caesaris importunitate, et repraesentationibus Praesulum Galliae de statu derelicto dioecesium, et necessitate confirmandi Episcopos a Gubernio nominatos uberius tractantibus eo se perduci sivit, ut non modo articulos Concilii Nationalis iussu Napoleonis Parisiis a. 1810. et 1811. celebrati, quibus inter alia ad casum differendae Pontificiae confirmationis Episcoporum per Imperatorem designatorum Metropolitani et Seniores Episcopi ad impertiendam canonicam institutionem sive confirmationem auctorisari projectabantur, per Breve 20. Sept. 1811. editum ratihabuerit; *) verum etiam Concordato praeliminari cum Imperatore Gallorum 25. Januar. 1813. inito ac subscripto quum in alia puncta auctoritati sedis Apostolicae spirituali aeque ac temporali adversa, tum in id suum consensum praebuerit, quo canonicam institutionem Praesulibus per Gubernium nominatis, si eam Summus Pontifex intra 6. menses haud elargiretur, Metropolitani aut Seniores Episcopi impertiri valeant. At paulo post concessionum huiusmodi in praeiudicium iurium Sedis Apostolicae factarum, et duntaxat arduis circumstantiis extortarum poenituit Summum Pontificem; datis itaque 24. Mart. 1813. ad Imperatorem Gallorum literis articulos Concordati praeliminaris a se probatos retractavit, de iisque apostolica cum libertate declaravit: eorum nonnullos iam ex se pravos, utpote ordini in Ecclesia stabilito repugnantes,

*) *Mon. 290. pag. 55.*

**) *Mon. 291. pag. 57*

atque sic comparatos esse, ut a se, nisi supremam Sanctae Sedis potestatem auctoritati Metropolitanorum aut Seniorum Episcoporum subiicere velit, probari non possint; *) retractationem porro tam praeliminaris Concordati, quam Brevis in negotio Concilii Nationalis anno 1811. ad Praesules Galliae dimissi Cardinalibus per literas 24. Mart. et 9. Maii 1813. intimavit, simulque contra factum Caesaris Gallorum, quo praeliminare Concordatum non obstante Pontificia intercessione in publicas tabulas legum retulerat, Metropolitanosve et ceteros Episcopos ad eius observantiam excitaverat, protestatus est. **)

β) In Germania.

Anno 1803. die 12. Febr. Maximiliano *Bavariae* Electori gravissimi argumenti literas misit Pius 7 iisque plura edicta et mandata in detrimentum Religionis Catholicae, et favorem Protestantium perlata congruis cum monitis et adhortationibus perstrinxit; praeprimis autem ea decreta: quorum vigore Protestantibus paria cum Catholicis iura tribuuntur; tribunalia civilia iudicatu super causis valorem professionis votorum a Monialibus nuncupatorum concernentibus donantur; Episcopi ad dispensationes in abstinentiis ac ieiuniis ecclesiasticis edendas civili auctoritate provocantur; parochiae laica potestate dismembrantur aut uniuntur; decimae ante aliquot annos per Pium PP. VI. in subsidium onerum belli pro brevi tempore impendi concessae promiscue sub titulo iuris supremi dominii fisco civili addicuntur; Ecclesiastici ad fora secularia trahuntur; controversiae de iurepatronatus a legitimo iudicio ecclesiastico abstrahuntur, et foro civili subiiciuntur; Monasteria auctoritate civili abolentur, eorumque bona in profanos usus convertuntur — velut talia, quae partim positivis Ecclesiae legibus opposita, partim cum detrimento Religionis salvificae connexa sunt,

---

*) *Mon. 292. pag. 61.*

**) *Mon. 293. 294. pag. 72.*

et non sine scandalo bonorum in vulgus edita, retractari nrsit, Electoremve ad defensionem Ecclesiae Catholicae provocavit. — *) Literis porro eodem anno ad AEppum *Moguntinum* et Imperii Electorem datis quemadmodum regulas Ecclesiae circa matrimonia mixta in memoriam revocavit, ita contra civilia edicta tam in Electoratu Bavariae quam in Marchionatu Badensi pro favore solutionis vinculi connubialis publicata apostolicam vocem attollens, diserte declaravit: sententiam civilium iudiciorum de nullitate matrimoniorum in Ecclesia Catholica nullius esse roboris, cum e doctrina Ecclesiae causarum matrimonialium decisio ad Iudices Ecclesiasticos spectet, et quantumvis nefors minetur, iubeatque laica potestas, Deo magis quam hominibus obedire oporteat. **)

Anno 1815. posteaquam omnis opera *Cardinalis Consalvii* Sedis Apostolicae ad *Congressum Vindobonensem* Ministri plenipotentiarii in id locata, ut, quidquid damni seu in spiritualibus sive in temporalibus Ecclesiae Germanicae superioribus annis illatum erat, recompensetur, praecipue vero innovationes Comitiorum Ratisbonensium de an. 1803. retractentur, principatus temporales Ecclesiarum Germanicarum instaurentur, bona cleri tamquam patrimonium Ecclesiae restituantur, Imperium Romanum velut centrum unionis politicae sanctitate ipsius religionis quodammodo consecratum redintegretur, frustranea fuisset: laudatus Cardinalis solennem adversus conclusa memorati Congressus, quae iuribus Ecclesiae vel Sedis Apostolicae quoquomodo derogarent aut praeiudicarent, nomine Summi Pontificis protestationem ac contradictionem interposuit. ***)

In Concordato cum Rege *Bavariae* a. 1817. inito quaevis praerogativae ac iura Religioni Catholicae seu ex divina ordinatione sive ex canonicis sanctionibus competentia in tuto posita; Seminariorum pro educatione Cleri erectio et gubernatio Episcopis plena cum activitate attributa; Episcopo-

---

*) *Mon. 295. pag. 80.*

**) *Mon. 296. pag. 86.*

***) *Mon. 297. pag. 96.*

In Nota, quam a. 1819. Cardinalis Secretarius Status Hercules *Consalvi* nomine Summi Pontificis ad Declarationem Principum Protestanticorum *Francofurti* a. 1818. congregatorum in merito coordinandarum rerum Ecclesiae Germanicae in ditionibus foederatis dimisit, genuina Ecclesiae principia circa relationem Ecclesiae ad Statum Civilem perspicue exponuntur, limitesque designantur, quos ultra citraque nequit consistere rectum. Signanter autem enunciatur: sic dicta *iura protectionis* per Principes hodie nimium extendi, et sub iis talia quoque per Publicistas comprehendi solere, quae et vetustiore aevo plene incognita erant, et iuribus Hierarchiae e divina ordinatione descendentibus adversantur; Seminaria juxta normam a Conc. Tridentino praescriptam, ac trium fere saeculorum experientia probatam erigenda, idque disponendum esse, ut alumni disciplinas theologicas non in Institutis Academicis a Gubernio Civili dependentibus, sed in ipsis Seminariis a Professoribus, quos Episcopi delegerint, audiant; Principibus Protestanticis ius designandi Episcopos eo minus concedi posse, quod tale ne in Catholicis quidem Principibus agnoscat Sedes Apostolica, sed omne, quod hi in merito nominationis Episcoporum exercent, ius tamquam indultum ac privilegium ecclesiasticum ob peculiaria merita Principibus concessum reputet; Episcopis liberam iurisdictionem in suis dioecesibus secundum canones admittendam, et a Gubernio Civili neququam constringendam esse, Episcopis proinde ius competere, censurarum ecclesiasticarum usu inobedientes plectendi et ad obsequium Ecclesiae revocandi, item causas matrimoniales independenter a Politica potestate cognoscendi ac decidendi; beneficiorum minorum ecclesiasticorum collationem, item parochorum ac decanorum nominationem non ad Principes Civiles sed ad Episcopos pertinere; iuramenta ac promissa de fidelitate Principibus debita et manutenendis eorumdem iuribus per Episcopos ea duntaxat cum cautela praestari posse, si Principes sic dicta iura circa sacra intra iustos limi-

tes exerceant, nec tale quid inbeant, e quo detrimentum Respublica Ecclesiastica capiat. *)

Jus eligendi Episcopos in Regno *Borussiae* Principi Protestantico subjecto a Capitulis Ecclesiarum Cathedralium sic exercendum decrevit Pius in literis Capitulo *Trevirensi* a. 1821. inscriptis, ut, quum ad incrementum Religionis utilioremque Episcopalis muneris procurationem plurimum intersit, mutuam utriusque Potestatis servari concordiam, tales in Episcopos eligantur, qui praeter ceteras qualitates Jure Canonico requisitas prudentiae quoque laude florent, et Regi grati sunt; **) atque ita Summus Pontifex dum parte ex una pro tuendis Ecclesiae iuribus et independentia eiusdem a Civili Potestate summo studio et zelo pugnat, parte ex altera limites quoque illos accurate designat, intra quos tum ius Capitulorum, tum influxus Principum Civilium in electionibus Episcopalibus contineri debeat.

λ) In aliis Regnis.

Anno 1802. duplici Nota Cardinalis Secretarii Status iussu Summi Pontificis exarata Regis *Hispaniae* postulata de adimenda Nuncio Apostolico Madritensi potestate iudiciaria, eaque in Episcopum Hispanum transferenda, item de forma iudiciorum ecclesiasticorum ad normam civilium exigenda, de facultate dispensandi in rebus matrimonialibus generaliter Episcopis concedenda relecta fuere, idque demonstratum, quod Sedes Apostolica suum Nuncium necessaria potestate ac iurisdictione ecclesiastica instruere, formas vero iudiciorum ecclesiasticorum eas tenere debeat, quae in sacris canonibus praescribuntur. ***)

A. 1807. in literis ad Senatum *Lucernensem* in *Helvetia*, et AEppum Ratisbonensem reiecit idem Pius PP. postulatum de exstingvendis Coenobiis, in favorem erectionis

---

*) *Mon. 300. pag. 111.*

**) *Mon. 301. pag. 138.*

***) *Mon. 302. 303. pag. 140.*

Seminarii et orphanotrophii; postulantes ad normam erigendorum Seminariorum per Conc. Tridentinum praescriptam invians, simulque decretum Pagi Lucernensis de Novitiis Regularium Ordinum haud suscipiendis, aliaque edicta Potestati Ecclesiasticae adversa perstringens. *)

A. 1808. occasione ea, qua Codex Civilis Napoleonis quoad rem matrimoniorum in *Poloniam* induci coepit, iamque et conventio desuper inter Regium Ministrum et Episcopum Varsoviensem iniri tentabatur, data Nuncio suo instructione Summus Pontifex factum istiusmodi vehementer improbavit, praeclaro evolvens: facto memorati Episcopi non tantum vim et efficaciam ordinationum civilium circa coniugia Catholicorum agnosci, verum etiam civili potestati in ipsum Sacramentum et disciplinam Ecclesiae ius tribui, contra omnem doctrinam catholicam, siquidem nuspiam auditum fuerit, ut in Regno Catholico Princeps subditis suis obligationem imponat, matrimonia sua in facie communitatum civilium ineundi, ipsamque caussam de valore aut nullitate vinculi coniugalis coram foro seculari prosequendi. Tum ad Episcopum conversus Summus Pontifex, eundem merito objurgat, quod ad tantas concessiones in praeiudicium Potestatis Eccles. suum assensum praebere non dubitaverit, cum potius in manutenendis iuribus Ecclesiae sedulus esse debuisset; monet quoque universim Episcopos Poloniae, ut fideles suos opportune edoceant, potestatem legislativam circa rem vinculi matrimonialis in Ecclesia Catholica ita Ecclesiae propriam esse, ut, quod ipsa hoc in objecto constituerit, nulla lege civili enervari, vinculumve conjugale, quod in facie Ecclesiae valide initum est, nulla auctoritate civili dissolvi possit. **)

A. 1818. in Concordato cum *Siciliae* ac *Neapolis* Rege inito quemadmodum in genere liberum omnium iurium ac praerogativarum Religioni Catholicae e divina ordinatione et ss. canonibus competentium exercitium usumque, ita in specie bonorum ecclesiasticorum proprietatem, beneficiorum col-

*) *Mon. 304. 305. pag. 143. 149.*
**) *Mon. 306. pag. 152.*

lationem, causarum matrimonialium in foro Ecclesiae cognitionem, Episcoporum cum Clero et populo fideli item cum Capite Ecclesiae liberam et a sic dicto Placeto regio immunem communicationem vindicavit immortalis memoriae Pontifex. *) Quod ipsum in Bulla erectionis Episcopatus *Sangallensis* in *Helvetia* a. 1823. pro parte Episcopi stipulatum fuit. **)

---

b) Facta aliorum Episcoporum pro tuendis iuribus ecclesiasticis.

Ex Episcopis, qui sub Pontificatu Pii 7. iura ecclesiastica adversus impetitiones civiles insigniter defendebant, primus occurrit Episcopus *Curiensis* in *Helvetia*, cui a. 1807. haud levis cum Regimine *Bavarico* intercessit controversia inde enata, quod Episcopus systema politicum Napoleonis constanter inpugnaverit, Regimen autem Bavaricum eo tempore magnam cum Gallis amicitiam foverit. Ad provocationem Regiminis, ut iuribus suis Episcopalibus in parte Dioeceseos Bavariae subjecta resignet, casum in contrarium ab omni illic functione muneris sui per Regimen suspendendus, intrepide respondit fortis animi Praesul: resignationem Episcopatus gravibus duntaxat e causis per ss. canones admitti, et cum interventu Sedis Apostolicae fieri, talem causam vero hic non subversari; tantam porro iurium Regiminis Civilis circa sacra extensionem, ut Episcopum impedire possit, quominus munere divinitus ipsi credito defungatur, inauditam et Potestati Ecclesiasticae adversam, a se haud agnosci. †) Responsum isthoc Episcopi Curiensis adprobationem ipsius Summi Pontificis meruit. ††)

Memoratu digna sunt ea quoque, quae occasione celebris *Congressus Vindobonensis* ex parte Praesulum et Capitulorum seu ad proprietatem bonorum ecclesiasticorum ad-

*) *Mon. 307. pag. 155.*

**) *Mon. 308. pag. 161.*

†) *Mon. 309. pag. 162.*

††) *Mon. 310. pag. 163.*

serendam, sive ad principia catholica contra usurpationes ex parte Civilis Potestatis commissas tuenda ac propugnanda acta fuere. Huc pertinet apprimis repraesentatio Episcoporum et Cleri *Belgii* ad Congressum Viennensem directa, et insignis illius zeli, quo Belgae pro defensione salvificae fidei ardebant, documentum continens. Occasionem ei praebuit id, quod Provinciae Belgicae sub imperium Regis Confessioni Protestanticae addicti venerint: quamobrem Belgae pro constanti sua erga fidem catholicam adhaesione, in memorata repraesentatione propositis pluribus Statuum Protestanticorum exemplis, apud quos nimirum Catholici Principes liberum Confessionis Protestanticae exercitium et iura solenni pacto assecurationali in tuto ponere urgebantur, orant Principes in Congressu Viennensi praesentes, ut auctoritate sua efficiant, quo liceat Belgii Catholicis solenne pactum de inviolabiliter servandis iuribus et privilegiis Religionis Catholicae cum Principe dominium Belgii consecuturo inire. Inter argumenta, quae pro iustitia huius pacti proferunt, hoc quoque continetur, quod sub Catholicis etiam Principibus limites suae activitatis praetergressis et in res Ecclesiae sese iusto magis miscentibus, multis querelis, expostulationibusque occasio data fuerit, sub Josepho 2. Caesare autem, qui edicta sua cum manifesta laesione independentiae Potestatis ecclesiasticae in Belgio effectui dare satagebat, Belgae iugum Principis excussaerint. Vindicata pacti assecuratorii iustitia, sequentia speciatim puncta Episcopi eidem inseri voluerunt: omnium iurium et praerogativarum Ecclesiae Cath. conservationem, negotiorum ecclesiasticorum per solam Potestatem Eccles. administrationem, influxum debitum Cleri in Consilio Status negotia mixta tractaturo, liberam cum Sede Apostolica communicationem, dotationem Cleri a Civili Gubernio independentem, Universitatis Catholicae restitutionem, verbo liberum pro Episcopis et Clero iurisdictionis ecclesiasticae usum et exercitium. *)

---

*) *Mon. 311. pag. 164.*

Ex parte Ecclesiae *Germanicae*, per secularisationem a. 1803. bonis suis spoliatae et secus etiam miserum in statum coniectae plures ad Congressum Viennensem dimissae fuerant repraesentationes pro obtinenda congrua medela. Ex iis tres potissimum notatu dignae censentur. *Prima* per oratores ac Deputatos Ecclesiae Germanicae, utpote Decanum Capituli Wormatiensis, et Vicarium Chori Capituli Moguntini a. 1814. exhibita praemissis reflexionibus adversus secularisationem Ecclesiae summe iniquam, tum iura illa apud Congressum reclamat, quae non a seculi imperio data sunt, verum e divina ordinatione regendae per Episcopos Ecclesiae Dei descendunt; tum contra magnum illum influxum, quem Civilis Potestas in electiones Ministrorum Ecclesiae, in constitutionem disciplinae ecclesiasticae, in institutionem et educationem Cleri sibi adpropriaverat, congruas faci animadversiones; tum ius proprietatis bonorum pro Ecclesia vindicat. *) *Altera* eodem anno nomine Catholicorum exarata non minore, ac prior, cum energia reclamat liberrimum Religionis Catholicae et iurium illorum exercitium, quae Episcopis e iure divino competunt, signanter vero ius administrandi bona ecclesiastica et pias fundationes independenter a iurisdictione politica. **) *Tertia* momenti plenas continet reflexiones contra secularisationem bonorum eccles. a. 1803. decretam, ipsaque fundamenta, quibus ea per Publicistas succolabatur, in crisim vocat, prorsusve inania et nulla esse ostendit tum ex eo, quod contra omnem iustitiae notionem sit, ut ad praestandam Principibus Civilibus indemnitatem pars innocens — Episcopi quippe et Capitula — condemnentur, bonaque eorumdem in usus profanos convertantur; tum ex eo, quod Principes ex bonis Ecclesiarum indemnes redditi nec conditiones decreto secularisationis illatas expleverint, nec reclamationibus Summi Pontificis detulerint; tum ex eo, quod recuperata sinistra Rheni ripa

---

*) *Mon. 312. pag. 172.*
**) *Mon. 313. pag. 179.*

cessaverit secularisationis praetextus, ac proin bona quoque Ecclesiis, a quibus ablata erant, restituenda fuerint. ***)

Episcopis *Belgii*, qui iam in priore sua ad Congressum Viennensem repraesentatione principia catholica de relatione inter Ecclesiam et Civitatem praeclare evolverunt, semel adhuc vocem suam attollendi occasionem praebuit Constitutio fundamentalis pro provinciis Belgicis a Principe earumdem edita, pluresque articulos ad oppressionem et subiugationem Potestatis Ecclesiasticae tendentes continens, praeprimis de liberrima quidvis in religione sentiendi facultate, de protectione cuivis religioni ex aequo impendenda, de cura institutionis publicae Gubernio Civili concredenda, de obsequio quibusvis legibus Status Civilis absque discrimine exhibendo. Episcopi itaque tamquam doctrinae fidei ac morum custodes edita a. 1814. Declaratione fideles suos super praedictis articulis congrue admonendos, eoque inviandos censuere, ne memoratos articulos in praeiudicium ac detrimentum iurium Ecclesiae et Religionis Catholicae iuramento confirment. †)

In *Bavaria* Episcopi dato ad Regem Memoriali praeter convenientem Ecclesiarum dotationem ea insuper postularunt, per quae et liber Religionis Catholicae iurium ac praerogativarum usus firmetur, et Episcopis sua potestate abs ullo ex parte Civilium Jurisdictionum ponendo impedimento libere uti concedatur. Memoriale isthoc Episcoporum Bavariae a. 1816. editum: omni attentione dignum, pro Episcopis plenam potestatem ordinandi ac disponendi ea, quae ad cultum divinum publicum, praedicationem verbi Dei, et Sacramentorum administrationem pertinent, vindicat, omnemque influxum Politicae Auctoritatis quoad haec arcet; ius porro supremae inspectionis ecclesiasticae quoad religiosam populi institutionem, etiam ad illa instituta extendit, quae Status Publicus pro educatione erigit; supremam ac immediatam directionem institutorum theologicorum, et Seminariorum Episcopis adserit; liberam collationem beneficio-

---

*) *Mon. 314. pag. 183.*

†) *Mon 315. pag. 185.*

rum eccles. itidem Potestati Ecclesiasticae tribuit, iurisque patronatus civilis coarctationem proponit necessariam; bonorum ecclesiasticorum proprietatem et administrationem Ecclesiae adscribit, demum tam potestatis iudiciariae ac coërcitivae exercitium, causarumve matrimonialium cognitionem Episcopis viudicat, quam liberam nullaque Placeti lege restrictam communicationem cum Sede Apostolica et cum fideli populo iisdem Episcopis tribnendam urget. *)

In *Borussia* a. 1820. Vicarius Generalis *Monasteriensis* Clemens L. B. Droste (subin AEppus Coloniensis) ad retractandum mandatum suum, quod de non frequentandis praelectionibus theologicis in Universitate Bonnensi circa orthodoxiam fidei suspecta edidit, per Civile Gubernium provocatus, memorandum eidem Gubernio reddidit responsum: in quo quippe tum iustitiam ac necessitatem mandati sui, tum potestatem Episcoporum ac Vicariorum quoad ea, quae ad doctrinam institutionemque Cleri spectant, velut e iure divino descendentem, et talem, cui edicta Civilis Gubernii derogare nequeant, legum denique ecclesiasticarum prae illis Status Civilis momentum et dignitatem mascule propugnat; insuper deplorata aevi tendentia de iuribus Episcopalibus sub iugum servitutis mittendis, duo cumprimis evolvit, debitaque censura perstringit: primum, quod Civilia Gubernia non obstante fide anno 1803. in Comitiis Ratisbonensibus data, Ecclesiam Catholicam subiugare, suaque iurisdictione quodammodo destituere nitantur; alterum, quod eadem Civilia Gubernia regimen Ecclesiae Catholicae et alia ad eiusdem constitutionem pertinentia e principiis Protestantismi considerent, sicque eveniat, ut decreta regulis Ecclesiae Catholicae oppido adversa ferant, conflictumque ambarum Potestatum generent; postremo candide declarat idem Vicarius: se ita animo comparatum esse, ut sanctissimi sui ministerii implementum quibusvis Gubernii Politici minis ac terriculamentis maioris faciendo, mandatum suum omni qua valet auctoritate tueatur et in executionem summi procuret. **)

*) *Mon. 316. pag. 191.*
**) *Mon. 317 pag. 200.*

Non absimiliter Vicariatus *Fuldensis* a. 1823. iura Ecclesiae Catholicae contra multiplices eorumdem impetitiones in lege civili Magnoducali *Saxo-Vimariensi* factas strenue defendebat. Signanter legem de *Placeto* quibusvis ordinationibus Praesuleis, Synodalibus et Pontificiis superinducendo velut talem, subnexa sua contra illam contradictione, ostendit, quae tum ex se incompetens, tum Ecclesiae auctoritati funesta sit; legem porro de admisso recursu ad Principem ab abusu potestatis ecclesiasticae itidem tamquam pessima pro Ecclesia consectaria habituram enervat; iura vero in eadem lege pro Principe usurpata, utpote ius constituendi vel abrogandi dies festos, precum formulas praescribendi, beneficia eccles. e iurepatronatus conferendi, bona ecclesiastica administrandi etc. debite perstringit, atque ceu totidem usurpationes ac involationes in potestatem Ecclesiasticam reiicit; postremo tam doctrinam de inviolabilitate sigilli sacramentalis, quam ius Ecclesiae circa rem matrimonialem egregie tuetur. *)

2. *Pontificatus Leonis XII. a. 1824—1829.*

a) Ipsius Summi Pontificis Constitutiones ac Epistolae pro tuendis iuribus ecclesiasticis.

Leo XII. a. 1824. in bulla unionis Cantonis *Suitiensis* cum Episcopatu *Curiensi* in *Helvetia* ius dominii ac proprietatis bonorum pro Ecclesia vindicavit. **) In bulla vero circumscriptionis dioecesium *Hildesimensis* et *Osnabrugensis* in Regno *Hannoverano* quoad ius eligendi Episcopos id ipsum constituit, quod Pius 7. a. 1821. pro Borussia, nimirum ut Capitulum Ecclesiae Cathedralis personam Gubernio Civili gratam in Episcopum eligendi ius habeat. ***) Demum literis *Ludovicum XVIII. Galliae* Regem hortatus est, ut ea, quae in Codice legum civilium iuribus Ecclesiae adver-

---

*) *Mon. 318. pag. 209.*

**) *Mon. 319. pag. 231.*

***) *Mon. 320. pag. 232. Conf. Mon. 301. pag. 138.*

sa continentur, ocyus modificet, Ecclesiamque in suae potestatis exercitio ac usu plene liberam esse sinat. †)

Anno 1825. in bulla extensionis Jubilaei ad univerum orbem catholicum quemadmodum Episcopis auctor fuit, ut ab explendis muneris Episcopalis partibus nulla difficultate deterreri se patiantur: ita Principes quoque monuit, ut sibi persvadeant, praecipuam dignitatis suae gloriam ipsos tunc consecuturos, dum Ecclesiam, cuius filii sunt, ab iniuriis tuiti fuerint, et Deo, quae Dei sunt, fideliter reddi procuraverint. ††)

A. 1826. in Constitutione, qua *sectas clandestinas* sic dictorum liberorum murariorum, carbonariorum, aliorumque sub ficta honestatis naturalis specie in eversionem omnis legitimae auctoritatis tendentes, ac iam per Summos Pontifices Clementem 12. Benedictum 14. et Pium 7. proscriptas, denuo condemnavit, plura ad Principes Viros direxit monita eosque ad cooperandum Ecclesiae in extinctione occultarum societatum excitando, hortatus est: ut tamquam electi a Deo defensores fidei protectoresque Ecclesiae, munus suum regium eo impendant, quo apostolicis constitutionibus debitum praestetur obsequium, cum nullo pacto Principibus fidelis esse possit, qui Deo infidelis, Deique sacerdotibus inobediens existit, regiaque potestas non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium Principibus data sit. *) — In exhortatione autem, quam eodem anno ad *Gallos Anticoncordatistas*, etiam *Parvae Ecclesiae* nomine compellatos, et per Concordatum Pii 7. cum Gubernio Gallicano initum ipsa principia Religionis Catholicae subversa, iuraque Episcopalia prodita fuisse dictitantes direxit, calumniam huiusmodi egregie confutavit, ostenditque, nil contra Religionem egisse aut induisisse Pium 7. sed omnia ex prudenti ac sapienti dispensationis oeconomia instituisse, et nec principiis catholicis nec iuribus Episcopalibus quidquam derogasse, sed duntaxat antecessoris sui Gelasii regulam

†) *Mon. 321. pag. 234.*

††) *Mon. 322. pag. 238.*

*) *Mon. 323. pag. 240.*

secutum, libratis canonum decretis, ea, quae suorum temporum necessitas ad restituendam in Gallia religionem, restaurandasque Ecclesias relaxanda deposcebat, temperavisse, nullis Gubernio Civili adsertis iuribus, e quibus Respublica Ecclesiastica detrimentum capere posset. *)

A. 1827. In bulla Provinciae ecclesiasticae *Superioris Rhenanae* coordinationem concernente ea, quae ad iura Ecclesiastica in tuto ponenda pertinebant, constituit, ius eligendi Episcopos Capitulis adseruit, personas tamen Gubernio Civili gratas eligi iussit, Canonicorum nominationem pro Episcopis vindicavit, Seminariorum directionem et coordinationem, liberam denique Episcoporum communicationem tam cum Sede Apostolica, quam cum suis dioecesanis ad iura itidem Episcopalia retulit; **) haecque ipsa per aliam bullam eiusdem anni, cuius ope Conventionem anni 1801. pro Gallia signatam ad septemtrionales *Belgii* provincias extendit, pro his quoque provinciis decrevit observanda. †)

b) Facta aliorum Episcoporum pro tuendis Ecclesiae iuribus.

Episcopus *Curiensis* in Helvetia, iam sub Pontificatu Pii 7. laudatus, Magistratui Cantonis *Graubünden*, examen actorum in negotio Episcopatus Sangallensis auctoritate Sedis Apostolicae erecti intervenientium sibi arroganti, a. 1824. respondit: iuris non esse, ut Magistratus in negotia stricte ecclesiastica se immisceat, iudiciumque illic sibi arroget, ubi res ad sphaeram iurisdictionis ecclesiasticae pertinens supremae in Ecclesia potestatis, quippe Apostolicae Sedis oraculo iam decisa existit. ***)

A. 1825. Ordinariatus *Fuldensis* contra decretum Magnoducale *Saxo-Vimariense* de celebrando a Catholicis non minus quam Protestantibus festo die auctoritate civili prae-

*) *Mon. 324. pag. 255.*

**) *Mon. 325. pag. 263.*

†) *Mon. 326. pag. 266.*

***) *Mon. 327. pag. 270.*

scripto repraesentando, multis argumentis incompetentiam decreti huiusmodi ob defectum potestatis in eo, qui id edidit, demonstravit, cui nec clerus obsequium praestare, nec a dioecesanis tale exigere valeat. *)

A. 1828. *Galliarum* Praesules occasione decretorum circa scholas ecclesiasticas secundarias, seu ita dicta parva seminaria auctoritate civili editorum, easdemque scholas immediatae Episcoporum iurisdictioni subducentium, et gubernio Regiae Universitatis addicentium, huicve ipsam doctrinam in memoratis scholis proponendam subiicientium, datis ad Regem literis decreta ista velut talia, quae perruptis limitibus inter sacram et profanam potestatem eo tendant, ut sanctissima Ecclesiae ac Episcoporum iura convellant, ipsamque Ecclesiam miserae servitutis iugo addicant, censura iusta perstrinxerunt, eo simul declarato: quod his in adjunctis exemplo Apostolorum Deo potius quam hominibus obsequium praestare debeant. **)

---

8. Pontificatus Pii VIII a. 1829. 1830.

E brevi Pontificatus Pii 8. tempore duo cumprimis notatu digna sunt eiusdem Brevia, quae relationem Ecclesiae ad Civitatem pro obiecto habent. Eorum alterum ad Episcopos Provinciae *Superioris Rhenanae* dd. 30. Junii 1830. — alterum ad AEppum *Parisiensem* dd. 29. Sept. e. a. dirigitur. Priori occasionem praebuit *Constitutio* sic dicta *pragmatica* de relatione Ecclesiae ad Civitatem per Principes memoratae Provinciae in sensu coalitionis Francofurtensis de a. 1818. non obstantibus Pontificiis reflexionibus a. 1819. communicatis, ***) mense Januario anni 1830. publicata. Cum enim in ea Potestati Civili facultas detur Synodos dioecesanas approbandi aut reiiciendi, dioeceses dividendi vel uniendi, ministros sacris ordinibus inaugurandos et muniis ec-

*) *Mon. 328. pag. 273.*
**) *Mon. 329. pag. 275.*
***) *Conf. Mon. 300. pag. 111.*

clesiasticis praeficiendos seligendi, disciplinam ipsam Ecclesiae et institutionem populi religiosam regendi, Seminaria Clericorum et alia multa Episcopale regimen concernentia moderandi, liberam demum cum Sede Apostolica communicationem impediendi: Summus Pontifex haec et alia memoratae Constitutionis decreta veluti falsis erroneisve principiis innixa, doctrinae praeterea et legibus Ecclesiae adversantia, atque, quod summum est, Ecclesiam Catholicam divina ordinatione prorsus liberam nullique terrenae potestati obnoxiam in probrosam miseramque servitutem redigentia gravissime reprobavit, Episcopisque, quod suo tempore vocem suam elevare, mediisque in sua potestate stantibus innovationes istas propulsare intermiserint, paterne exprobravit, eosdem una exhortans, ut Principes viros tum ad reddendam liberam cum Capite Ecclesiae communicationem, tum ad revocanda decreta liberum potestatis ecclesiasticae exercitium constringentia permoveant. *) Altero Brevi ad AEppum Parisiensem dimisso Pius 8. respondet ad quaestionem per Episcopos Galliae circa iuramentum fidelitatis novo Regi praestandum, precesve in Ecclesia pro eo fundendas positam. Ad primum rescribit Pontifex: formulam quidem iuramenti de obsequio Chartae Constitutionali et Regni legibus praestando iam sub Ludovico 18. Rege quaestioni obnoxiam fuisse velut talem, quae nimis indeterminata sit et a Catholicis sub certo solum sensu adhiberi possit; attamen post solennem Regis declarationem super eo, quod formula illa iuramenti nil Ecclesiae ac doctrinae Catholicae adversi involvat, iuramentum juxta illam stante adhuc regia declaratione emitti posse; ad secundum autem respondit Pontifex, nil obstare quominus solitae preces pro novo etiam Rege fundantur. **)

Constitutio pragmatica Provinciarum Sup. Rheni, quam Pius 8. reprobavit, plures Ordinariatuum quoque ipsorum

*) *Mon. 330. pag. 292.*

**) *Mon. 331. pag. 295.*

repraesentationes provocavit, id pro scopo habentes, ut eadem vel penitus abrogetur, vel certe in essentialibus suis punctis sic modificetur, quo principiis Ecclesiae Catholicae conformis fiat. Prima ac praecipua eatenus *Motio* facta est in Regno *Würtembergico*: ubi *Baro ab Hornstein* sub Comitiis anni 1830. vocem suam adversus pragmaticam Constitutionem magna cum energia et facundia levando, tum in genere sic dictum *Jus protectionis*, quod Status Civilis respectu Ecclesiae plus iusto sibi adscribit, debite perstinxit tum in specie momenti plenas contra Placetum Regium, aliaque puncta Constitutionis in imminutionem iurium ac libertatis Ecclesiasticae Potestatis directa animadversiones proposuit, et quemadmodum liberam fidelium cum Summo Ecclesiae Pontifice communicationem, ita Episcoporum iura regiminis dioecesani irrestricti reclamavit. *) — Non absimiliter Episcopus *Fuldensis* cum suo Capitulo solennem contra praedictam Constitutionem ad Ministerium Electorale *Hasso-Cassellanum* mense Augusto a. 1830. dimiserat protestationem. **)

In *Belgio*, a. 1830. occasione novae rerum conversionis Princeps et AEppus *Mechliniensis* datis ad Congressum Nationalem literis plenam exercendae Religionis Catholicae libertatem reipsa tandem concedi, fundamentalique constitutioni Regni sequentia inseri postulavit: 1. nullo sub praetextu impediendum Religionis Cath. exercitium; 2. regimen ecclesiasticum liberum, ita, ut Ecclesia juxta suas leges seipsam independenter regat, suos ministros ipsa deligat, cum Capite suo liberum foveat literarum commercium, doctrina institutioque Cleri sui a quavis directione aut inspectione Civilis Gubernii eximatur, omnisque influxus civilis quoad ea, quae ecclesiastica sunt, arceatur. ***)

*) *Mon. 332. pag. 298.*

**) *Mon. 333. pag. 306.*

***) *Mon. 334. pag. 313.*

4. *Pontificatus Gregorii XVI. a. 1831—1845.*

a) Ipsius Summi Pontificis Epistolae ac Constitutiones pro libertate, independentiaque Ecclesiastica.

Quae sub Pontificatu Gregorii XVI. ad propugnandam adserendamque libertatem, immunitatem, et independentiam Potestatis Ecclesiasticae acta sunt: Pontificatum eiusdem reddunt cumprimis gloriosum. Primum ipsius Summi Pontificis facta recensemus.

A. 1832. quo primam ad Episcopos orbis catholici edidit Encyclicam, in hac ipsa litera deplorando tristem Ecclesiae ac Religionis statum, praesertim autem eam Ecclesiae conditionem, quod divina ipsius auctoritas oppugnetur, iura convellantur, terrenisque rationibus et turpi servituti subiiciantur, iura quoque Episcoporum conculcentur, opportuna Episcopis impertitur monita eo spectantia, ut, quid ad propulsanda tot discrimina agere debeant, intelligant. Ante omnia itaque monet, nefas esse leges ac disciplinam Ecclesiae improbare, vel tamquam civili auctoritati subjectam notare; tum ait docendos esse populos, matrimonium sacris rebus adnumerari, Ecclesiae subiici, vimque et efficaciam connubii a debita executione legum Ecclesiae pendere; dein transit ad doctrinas per nonnullos, ac inprimis *Lamenneium* in Gallia sparsas circa relationem Principum ad subditos: et docet, Principibus velut potestati a Deo ordinatae obsequium esse praestandum, mutuam inter Sacerdotium et Imperium concordiam semper fuisse salutarem, errareque eos, qui Ecclesiam a Regno penitus separari, et memoratam unionem abrumpi cupiunt; postremo hortatur Viros Principes, ut votis Ecclesiae sua faveant auctoritate pro rei tam sacrae quam profanae incolumitate, auctoritatemque suam non solum ad imperium civile, sed vel maxime ad tutamen Ecclesiae sibi collatam considerent, tunc ve solum veram et constantem populis tranquillitatem sese parituros noverint, si eo curas suas convertant, ut Religio incolumis perseve-

ret. *) Doctrinam Ecclesiae de obedientia Principibus Civilibus debita in iis omnibus, quae Dei ac Ecclesiae legibus haud adversantur, in literis quoque eodem anno ad Episcopos *Poloniae* exaratis inculcavit Summus Pontifex. **)

A. 1833. in Allocutione ad Cardinales die 30. Sept. habita, quaecunque Gubernium in *Portugallia* in praeiudicium Ecclesiae Catholicae constituerat, reprobavit et irrita fore decrevit: signanter temere arrogatam per laicos potestatem sacrorum, decretam cleri secularis ac regularis reformationem, sublatum fori clericalis privilegium, abolita monasteria, praetensum ius ad quaelibet beneficia eccles. praesentandi, bona ecclesiastica Nationi adiudicata, causarum ecclesiasticarum cognitionem Civili Iurisdictioni adsertam, ceteraque ausa eiusdem gubernii Potestati Eccles. adversa. ***) In Brevi porro ad Episcopos Provinciae *Super. Rhenanae* mense Octobri dimisso, in quo consociationem Clericorum de reformanda Ecclesia perstringit, literas Antecessoris sui Pii 8. circa Constitutionem pragmaticam civilem Ecclesiae iuribus infestam in memoriam revocando, et super probrosa Ecclesiae Catholicae captivitate ingemiscendo, Episcopos monet, ut Dei ac Ecclesiae causam agant, potestatemque Ecclesiae pristinae libertati ac integritati restitui apud Principes Viros satagant. †) — Eodem anno Nuncius Sedis Apost. in *Helvetia* memorabili ad Magistratum *Sangallensem* Nota relationem, quae obtutu erigendarum Sedium Episcopalium inter Ecclesiasticam et Civilem Potestatem intercedit, praeclare evolvit, docetque constituendarum Sedium Eppalium ius non civili Regimini, verum Summo Pontifici in Primatu concessum esse, et licet in hoc merito suas habeat Status quoque Civilis partes, nuspiam tamen eidem tribui posse potestatem seu inspiciendi sive examinandi id, quod auctoritate suprema ecclesiastica iam decisum est; in

*) *Mon. 335. 336. pag. 318. 329.*

**) *Mon. 337. pag. 333.*

***) *Mon. 338. pag. 336.*

†) *Mon 339. pag. 340.*

lis, quae stricte Religionis sunt, Imperio Civili non iubendi, sed obsequendi provinciam relictam haberi. *)

A. 1834. in altera Encyclica ad Episcopos orbis catholici directa nova adserta *Lamennaii*, quibus doctrinam Pontificis de obsequio Principibus Civilibus in omnibus, quae Ecclesiae legibus non adversantur, praestando eversum ibat, proscripsit, Episcoposque ad partes muneris sui in oppugnandis opinionum fallaciis, et doctrina sana defendenda hortatus est. **) In Allocutione vero, quam mense Augusto ad Cardinales habuit, denuo reclamavit iura ecclesiastica per Gubernium *Portugallicum* conculcata. ***) Demum in Brevi ad Episcopum *Hildesimensem* in Regno *Hannoverano* die 8. Nov. dato eundem exstimulavit, ut iuncta cum suo Suffraganeo et Capitulo opera ad tuendam Ecclesiae libertatem, propulsandumve periculum, quod ei a Civili Constitutione imminet, incumbat, ac id cumprimis efficere studeat, quo ecclesiastici viri sententias iuribus Ecclesiae adversas in schollis tradi solitas mature abhorrere discant, magistrosque illos haud sequantur, qui praetextus undique quaerunt, ut in negotia Ecclesiae Potestas Civilis se interponat. †) — Nuncius quoque Summi Pontificis in *Helvetia* pro iurium ecclesiasticorum defensione rursus calamum acuit, novaque Nota ad *Sangallenses* dimissa tam ex natura rei, quam historia ius Potestatis Ecclesiasticae erigendi Sedes Episcopales adversus objectiones Senatus Politici egregie tuitus est. ††)

A. 1835. per Breve ad Clerum *Helvetiae* dimissum Articulos *Conferentiae Badensis*, per quos iura stricte ecclesiastica, nominatim inspectio ac directio Synodorum, et Seminariorum, religiosa ac moralis institutio populi, disciplina Ecclesiae potestati laicae tribuuntur, sicque ipsum ministerium sacrum seculari dominationi subiicitur, damnavit, doctrinamve Ecclesiae de Potestatis Ecclesiasticae indole et

*) *Mon. 340. pag. 343.*

**) *Mon. 341. pag. 352.*

***) *Mon. 342. pag. 363.*

†) *Mon. 343. pag. 367.*

††) *Mon. 344 pag. 369.*

finibus proposuit, juxta quam quippe Potestas ecclesiastica non tantum magisterii, sed etiam regiminis, non Magistratibus Civilis Reipublicae, sed solis Pastoribus a Christo tradita ac talis tantaque est, ut leges ad sacrum ministerium, et spirituale commodum fidelium spectantes proprio jure ferat et promulget, civilique superinspectioni minime subjaceat. *)

A. 1836. Nuncius Apostolicus apud *Helvetos* decretum a Magistratu *Argoviensi* adversus bona Regularium Ordinum, et contra susceptionem novitiorum latum tam ex iuris naturalis quam positivi principiis impugnavit, ostenditque, ius proprietatis bonorum Ecclesiasticis Corporationibus non minus iuste quam aliis quibusve privatis competere, novitios porro Regulares suscipiendi ius non ad Civitatem sed ad Ecclesiam pertinere. **)

A. 1837. Cardinalis Status Secretarius ad quaestionem per Capitulares *Trevirenses* circa electionem Episcopi positam, nomine Summi Pontificis rescribens, sensum Brevis, quod Pius 7. hoc in merito ediderat, ita exposuit, ut affirmaret, ius eligendi Capitulo integrum esse, ast una scopo conservandae inter Sacerdotium et Imperium concordiae illos ceteris anteferendos venire, quos praeter alias qualitates Gubernio quoque non ingratos fore constiterit. ***)

A. 1838. Nuncius Apostolicus *Helvetiae* in Nota ad *Sangallenses* contra abolitionem unius e Monasteriis, bonorumque eiusdem occupationem protestando, tam ius supprimendi Regularem Ordinem, quam ius proprietatis bonorum eccles. Potestati Sacrae competere disertissime evicit. †) — Eodem anno motus in Regno Borussico quoad matrimonia mixta suscitati occasionem praebuerunt Summo Pontifici pro tuendis juribus Ecclesiae saepius vocem suam attollendi, a) atque cumprimis liberae cum Sede Apostolica communica-

---

*) *Mon. 345. pag. 378.*

**) *Mon. 346. pag. 387.*

**) *Mon. 347. pag. 393.*

†) *Mon. 348. pag. 395.*

a) *Vid. De Matr. Mixtis, T. I. pag. 297. ss.*

tionis jus pro Episcopis Regni Borussici reclamandi. Factum est hoc primum tunc, quum Legatus Borussicus literas Capituli Coloniensis Sanctae Sedi transponendo, asseruisset: aliam, quam medio Civilis Gubernii, communicandi cum Sede Apostolica viam in Borussia haud patere. In Nota itaque, quam ad Legatum Borussicum jussu Summi Pontificis Cardinalis Secretarius Status dimisit, disertis verbis asseritur ius liberae communicationis inter Episcopos ac fideles ex una, et Sedem Apostolicam ex altera parte, iusque isthoc ad fundamentalem Ecclesiae Catholicae constitutionem refertur. †) Hoc ipsum ius reclamavit eadem Sancta Sedes tum quoque, dum Aula Borussica edito Mandato nova liberae communicationi cum Sede Apostolica impedimenta posuerat. ††)

A. 1839. in Memoriali, quod super eventibus Borussicis Sancta Sedes, per officiosam et iuribus Potestatis Sacrae nimis infestam declarationem Regiminis Borussici provocata, ediderat, a) genuinam doctrinam Ecclesiae, quam de relatione inter Ecclesiasticam et Politicam Potestatem tenere oporteat, Summus Pontifex clare exponi iussit. Est hoc Memoriale reapse tamquam summa et compendium principiorum de vera indole ac natura Potestatis Ecclesiasticae. *) — In epistola quoque, quam eodem anno ad Imperatorem *Russorum* dedit, summo studio provocat Caesarem, ut suum Catholicis in Imperio vastissimo degentibus praesidium impendat, iisdemque integram semper Catholicae Religionis libertatem concedat. **)

A. 1841. in Allocutione ad Cardinales contra decreta Civilis in *Hispania* Regiminis iuribus Ecclesiae quamplurimum iniqua, utpote de Episcopis a collatione SS. Ordinum per magistratus seculares impediendis, de bonis ecclesiasticis occupandis, de cognitione causarum ecclesiasticarum

---

†) *Mon. 349. pag. 401.*

††) *Mon. 350. 351. pag. 403. 405.*

a) *Vid. De Matr. Mixtis. T. 1. pag. 338.*

*) *Mon. 352. pag. 406.*

**) *Mon. 353. pag. 414.*

in foro civili, de nova circumscriptione paroeciarum per gubernium politicum attentata, de sublato tribunali apostolico in Hispania, etc. palam protestando, eadem omni vi et efficacia carere declaravit. — *) Electionem quoque Episcopi *Limburgensis* in Ducatu Nassoviensi a Capitulo institutam, quod potestas civilis iusto majorem in eam exseruerit influxum, libertatemqne eligendi pene peremerit, irritam enunciavit Rescripto Cardinalis a Secretis Status ad Capitulum dimisso. — †) Per Breve deniqne ad Imperatorem *Russorum* mense Aprili datum rem Catholicae Religionis Caesari novitus commendavit, et prout pro ea liberum exercitium, ita pro se Sanctaqne Sede libere communicandi cum Episcopis ius postulavit et ursit. ††)

A. 1842. in literis Encyclicis, quibus publicas preces pro afflicta Ecclesia *Hispanica* indixerat, nefaria decreta per Civile Gubernium in detrimentum rei Catholicae vulgata, cumprimis autem legem illam, per quam enunciabatur, laicam potestatem supremo iure ipsi Ecclesiae dominari, Apostolico suo mucrone confixit. — †††) In Brevi vero ad Episcopos *Helvetiae* circa abolita per Civiles Magistratus Monasteria edito quemadmodum decreta istiusmodi civilia pro suppressione Coenobiorum et alienatione bonorum ac iurium ad eadem spectantium tamquam irrita coram Ecclesia declaravit, ita simul Episcopos monuit, ut a quavis opera decretis illis impendenda abstineant, eosque, quorum interest, edoceant, alienationes bonorum civili auctoritate decretas nequaquam iustas esse, proin nec retineri bona illa tuto posse. **) — Ad Episcopum etiam *Rottenburgensem* in Regno Würtembergico dedit triplicis ordinis literas: in iisque tum ordinationes laicae potestatis in detrimentum rei catholicae directas debita censura perstriuxit, tum Episcopum ad quaslibet muneris sui partes rite explendas, Regem-

*) *Mon. 354. pag. 416.*
†) *Mon. 355. pag. 423.*
††) *Mon. 356. pag. 426.*
†††) *Mon. 357. pag. 429.*
**) *Mon. 358. pag. 433.*

que ipsum eo flectendum commonuit, ut libertatem et iura Ecclesiae Catholicae in salvo relinquat, ac proinde sinat, quo Episcopus in procurandis Episcopalis sui muneris partibus sacros canones vigentemque Ecclesiae disciplinam sequi possit. *)

---

b) Facta aliorum Episcoporum, Cleri item inferioris, et nonnullorum Magistratuum Civilium pro tuendis iuribus ecclesiasticis.

A. 1831. Episcopus *Fuldensis* cum suo Capitulo adversus sic dictam *pragmaticam Constitutionem* civilem iuribus Ecclesiae nimiopere praeiudicantem in nexu repraesentationis jam a. 1830. contra illam directae, tam ad Comitia Statuum *Hasso-Cassellanorum*, quam ad Electorale Ministerium plures miserunt remonstrationes, per Civicum quoque Magistratum Fuldensem egregie succolatas; multorumque argumentorum pondere dictae Constitutionis cum principiis catholicis repugnantiam ostendendo, et objectiones Ministerii ac Comitiorum refellendo, iura Ecclesiae, fortiter reclamarunt, eo diserte declarato: quod Constitutioni, per quam ipsa fundamenta regiminis hierarchici succutiuntur, et nimia Placeti Regii extensione tam Episcopale regimen quam Primatus Sedis Pontificiae arbitrio ac beneplacito Civilis Gubernii subiicitur, fidelitatis et obsequii iuramentum nuncupare haud liceat. — **) Idem Episcopus non secus ac Magistratus Civicus ea occasione, qua Gubernium Civile Hasso-Cassellanum Facultatem Theologicam Catholicam penes Universitatem Protestanticam Marburgensem erigere, Catholicosve ad frequentandam eandem Facultatem obligare intendebat, pro iure Episcopali supremae directionis quoad doctrinam Religionis et inspectionis quoad Facultatem Theologicam calamum strinxerunt, Gubernioque candide professi sunt: Episcopum consentire in id non posse, ut sui alumni

---

*) *Mon. 359—361. pag. 435.*

**) *Mon. 362—371. pag. 441. — Vid. Mon. 338. pag. 306.*

in alio, quam sub immediata supremaque directione Praesulis constituto Seminario erudiantur, inque altaris ministros formentur. — †) Clerus porro Curatus circuli Rhenani in *Bavaria* edicto Civilis Regiminis, quo electionis Decanorum ruralium confirmatio Potestati Politicae adiudicata exstitit, solenniter contradixit, clare demonstrando, e iure istiusmodi Gubernio Civili concesso protinus consequi, ut idem Gubernium auctoritate polleat, ius ex ipsa natura rei Episcopo competens ei eripiendi, atque in interiora regiminis ecclesiastici se immittendi. *)

Anno 1832. Constitutione Regni *Hannoverani* ad imitationem Provinciarum Sup. Rheni Constitutionis plures articulos indoli ac naturae Regiminis Ecclesiastici adversantes continente, praeprimis autem ius sic dictum Inspectionis Principi attributum ultra modum extendente, et libertatem communicandi cum Sede Apostolica vehementer constringente, *Hildesiensis* et *Osnabrugensis* dioecesium Episcopi cum Clero Curato ea, quae muneris ipsorum erant, insigniter expleverunt. Primo nimirum Clerus Curatus Osnabrugensis dato ad Regios Ministros Memoriali articulos Constitutionis Hannoveranae ad trutinam principiorum catholicorum revocavit, eosdemque his ipsis principiis conformari, iuraque Ecclesiae omni sub respectu in salvo relinqui petiit; **) tum Episcopus Osnabrugensis facto uberiori fusiorique examine Constitutionis egregias proposuit contra illam animadversiones, demonstratoque eo, quantopere per illam iura ecclesiastica subvertantur, quamve multa libero Religionis et Potestatis Ecclesiae exercitio impedimenta ponantur, Constitutionem ipsam hoc ex obtutu velut Ecclesia Catholica prorsus indignam, et talem, quae Ecclesiam politicae inspectioni et servituti penitus subdat, pronunciavit, eique contradixit; ***) tandem Episcopus Hildesiensis cum Capitulo data ad Comitia Regni Hannoverani remonstratione, genuinae

†) *Mon. 372. 373. pag. 473. 478.*
*) *Mon. 374. pag. 484.*
**) *Mon. 375. pag. 489.*
***) *Mon. 376. pag. 496.*

de relatione inter Ecclesiam et Civitatem principia exposuit, articulosque Constitutionis Potestati Sacrae praeiudicium inferentes retractari postulavit. †)

A. 1833. Clerus Regni *Saxoniae* contra proiecta legum cum principiis Ecclesiae nequaquam conciliabilia, uti libertatem coniugis catholici in mixto connubio viventis post solutum per Judicium Civile matrimonium ad nova vota nuptialia transeundi, item causarum matrimonialium cognitionem foris civilibus adsertam, demum sublationem fori privilegii clericalis repraesentando, egregie non minus quam fundate exposuit discrimen, quod inter *ius in sacra* uni Potestati Ecclesiasticae competens, et *ius circa sacra* Regimini Civili attribui solitum intercedit, et prout prioris exclusivum pro Ecclesia exercitium, ita posterioris intra iustos fines circumscriptionem a Comitiis Regni poposcit. — ††) Clerus vero Curatus Circuli Rhenani in *Bavaria* quemadmodum a. 1831. pro libera atque ab influxu Civilis Regiminis immuni electione Decanorum ruralium insigniter peroravit, ita a. 1833. pro obtinendo in electionibus Docentium ruralium maiore influxu, quem quippe Civile Gubernium constringere voluit, Regem adivit, multis argumentis ostendendo, educationem et istitutionem omnem, nisi a Religione suum accipiat momentum, salutarem evadere non posse, coque ipso Cleri interesse, ut qualitates Docentium ex obtutu religioso et morali uberius investiget, eaque quam ipsa rei indoles poscit, in electione docentium auctoritate polleat. — *) In *Polonia Russica* Episcopus *Podlachiensis* — a controversia circa connubia mixta memorabilis a) — quum per Civile Gubernium ad id provocaretur, ut librum, in quo Ecclesia Catholica contra objectiones schismaticorum praeclare defendebatur, praetextu contentarum in eo plurium iniuriarum adversus dominantem Religionem Russicam auctoritate sua proscribat: dignum Praesule Catholico reddidit Gu-

†) *Mon. 377. pag. 510.*

††) *Mon. 378. pag. 521.*

*) *Mon. 379. pag. 539.*

a) *Vid. De Matr. Mixt. T. 1. p. 227. 285.*

bernio Civili responsum, quod totum ardentem pro libertate Ecclesiastica, et intrepida professione fidei salvificae spirat zelum. Respondet nimirum Episcopus: in libro memorato haud aliud, quam sinceram expositionem doctrinae catholicae contineri, ab se itaque, nisi munus suum turpiter prodere velit, provocationi Gubernii Civilis deferri non posse; ipsiusve Imperialis ac Regiae Majestatis, protectionem Religionis Catholicae in Polonia solenniter spondentis, intentioni id apprime convenire, ut Potestas Civilis in res theologicas se non misceat, sed eas Theologis ac Episcopis definiendas relinquat. *)

A. 1834. ad propulsandam tempestatem, quam *Conferentiae Badensis* in *Helvetia* celebratae conclusa in negotiis ecclesiasticis facta, eoque tendentia, ut ius disponendi etiam de rebus uni Ecclesiasticae Potestati propriis Magistratibus Politicis tribuatur, adversus Ecclesiam Catholicam excitare videbantur, tam Clerus Curatus, quam ipsi laici Catholici Cantonis Argoviensis calamum strinxerunt, proque iuribus Ecclesiae dimicationem subierunt. Repraesentatio Cleri Curati principia genuina relationis inter Ecclesiam ac Civitatem bene proponit, potestatemque Ecclesiae circa sui ipsius regimen, circa liberum cultus publici exercitium, circa delectum Magistrorum in theologia, circa susceptionem iuvenum ad Statum Ecclesiasticum adspirantium, circa liberam constitutionum dioecesanarum promulgationem, circa causarum matrimonialium cognitionem praeclare tuetur et vindicat. **) Repraesentationes autem nomine fidelis populi adornatae perstringunt tum nimium influxum Civilis Potestatis in res Religionis ac Ecclesiae, tum sic dicti *Placeti Regii* ius, hocque velut antiquae Ecclesiae ignotum, et duntaxat reclamante ac contradicente Ecclesia per Principes Civiles usurpatum, ac in quantum Auctoritati Civili facultatem adscribit decidendi, an constitutiones ecclesiasticae dogmaticae sint vel disciplinares, Ecclesiae summe iniuriosum

*) *Mon. 380. pag. 546.*
**) *Mon. 381 pag. 550.*

revocari urgent. — *) Anno eodem *Belgii* Episcopi propria auctoritate, sine omni Civilis Potestatis cooperatione et influxu, in locum celebris condam Universitatis Lovaniensis inter procellas Seculi superioris ad finem vergentis sublatae novam Mechliniae erexerunt Catholicam literarum Universitatem, Ecclesiasticae duntaxat Potestati subiectam, in qua bonae artes et scientiae a Magistris orthodoxae fidei cultoribus iuventuti traderentur; impetrataque a Summo Pontifice approbatione, eandem solenni ritu inaugurari, Mechliniaque Lovanium transferri procurarunt, Rectore novae Catholicae Universitatis in sua inaugurali oratione praeclare super eo disserente, quam uberes tum pro Ecclesia, tum pro Civitate fructus e tali Universitate Catholicae Religioni innixa, et sub guberneio Praesulum posita sperare liceat. **) — AEppus denique Agriensis in *Hungaria* super quaestione: num ordinationes Episcoporum ad Clerum et populum dioecesanum directae Placeto Regio subiiciendae sint? opinionem depromere iussus, in sua repraesentatione libertatem Potestatis Ecclesiasticae, atque independentiam in iis, quae ad doctrinam et sacra pertinent, insigniter propugnavit.***)

A. 1835. Episcopus Basileensis in *Helvetia* Conferentiae Badensis articulos tamquam e damnatis per Sedem Apostolicam decisis Conventus Emsani, Synodi item Pistoriensis, et Congressus Francofurtensis profluentes, ipse quoque damnavit et reprobavit; †) atque iuramentum, quod de observatione conclusorum Badensium Gubernium Civile a Clero Curato exigebat, haud secus nuncupari posse declaravit, quam sub clausula, qua iura et leges Ecclesiae Catholicae praesalventur. ††) — E Cantone quoque *Solodorensi* egregiae adversus sic dictum *Placetum* per Conferentiam Badensem sancitum reflexiones vulgatae sunt, eo tendentes, ut ostendatur, usum Placeti nec dogmatico nec disciplinari re-

*) *Mon. 382. 383. pag. 563.*

**) *Mon. 384. 385. pag. 576. 580.*

***) *Mon. 386. pag. 585.*

†) *Mon. 387. pag. 589.*

††) *Mon. 388. pag. 593.*

specto necessarium esse: non primum, quia doctrinam Ecclesiae etiam contra Potestatis Civilis decreta, exponere et tueri ad strictam obligationem Praesulum pertinet; non alterum, quia parte ab una Civitati non desunt media impediendi, quominus disciplinaris quaepiam constitutio ecclesiastica Publico Statui noxia evadat, parte autem ab alia excedit limites Civilis Potestatis, per Placetum impedire, quominus ii, qui legibus ab Ecclesiastica Potestate latis in conscientia obedire tenentur, obsequium iisdem praestent. †) Episcopus porro *Fuldensis*, occasionem praebente nominatione ruralis decani et beneficii parochialis collatione per Regimen Magno-Ducale *Saxo-Vimariense* facta, utrumque jus tamquam Potestati Ecclesiasticae proprium praeclare defendit. *) — Episcopus tandem *Podlachiensis* in Russica Polonia, ab insigniter propugnata iam anno 1833. independentia Ecclesiasticae auctoritatis celebris, quum per Directorem Cultus ob vulgatas quoad matrimonia mixta literas encyclicas, in iisque praetensive contentas expressiones Civili Statui iniuriosas ad quaestionem vocaretur, pari ac prius libertate animique candore, et muneris sui conscientia tutus, reposuit: in quaestionibus huiusmodi ad regimen Ecclesiasticum pertinentibus nullo se teneri erga Civile Gubernium onere responsionis, Potestatemve Ecclesiasticam in sua sphaera prorsus liberam esse atque independentem; expressiones autem subsumtas esse apprime orthodoxas, nec continere aliud, quam quod S. Joannes Chrysostomus, et Gregorius PP. XVI. enunciarunt: ille, dum in verba Domini „Reddite quae sunt Caesaris Caesari" commentans ea hoc solum sensu sumenda docuit, quod Principibus iusta et nec pietati nec religioni adversa imperantibus parendum sit; iste vero, dum in Brevi ad Episcopos Poloniae a. 1832. dimisso obsequium erga Principes inculcando, id nonnisi in iis, quae legi divinae vel ecclesiasticae contraria non sunt, praestandum esse innuit. **)

---

†) *Mon. 389. pag. 595.*

*) *Mon. 390. 391. pag. 601.*

**) *Mon. 392. pag. 609.*

A. 1836. In *Borussia* decanatus Dioecesis Paderbornensis ad quaestionem: num e re foret, codicem legum civilium sumtibus fisci Ecclesiae pro usibus SS. Curionum comparare? negative respondens, tum id, quam absonum sit, Codicem legum principiis Ecclesiae Cath. multipliciter adversantium eoque tendentium, ut potestas ecclesiastica Gubernio Civili subiiciatur, sumtibus fisci Ecclesiae procurare, praeclare evolvit; tum universim Codicem legum civilium Borussicarum, quatenus relationem Ecclesiae Catholicae ad Regimen Politicum concernit, ad trutinam catholicorum principiorum revocat, et multis argumentis ostendit, verissimum esse effatum Benedicti XIV. de Syn. dioec. lib. 9. c. 9. 11. ex Durando adlatum: „seculares potestates quasi per quamdam alluvionem frustatim ad se omnia trahere, et sicut frustatim lupus agnum comedit, ita et per ipsos iurisdictionem ecclesiasticam frustatim quodammodo devorari, quidquid ad eccles. iurisdictionem pertinet, sibi competere putantes." *)

A. 1837. Episcopus *Lausannensis et Genevensis* in *Helvetia* contra decretum Regiminis Cantonalis *Bernensis*, per quod Pastorales ac Circulares Episcoporum ante promulgationem Placeto subiiciebantur, vocem suam levavit; †) Episcopus autem *Curiensis* postulatum Cantonis *Glarensis* de iuramento super Constitutione nova ab ecclesiasticis nuncupando haud aliter adimpleri posse declaravit, quam salvis Religionis ac Ecclesiae Catholicae iuribus et legibus. *)

A. 1840. Episcopus *Hildesiensis* contra proiectum novae Constitutionis *Hannoveranae* plures sanctiones Potestatis Ecclesiasticae iuribus repugnantes continens, repraesentationem adornavit ad Comitia Regni directam, in eaque ius Episcopi et Summi Pontificis ordinationes suas ad Clerum et populum dioecesanum libere dimittendi reclamavit. **) Clerus vero Curatus Cantonis *Lucernensis* in Helvetia occa-

*) *Mon. 293. pag. 612.*

†) *Mon. 294. pag. 622.*

*) *Mon. 295. pag. 624.*

**) *Mon. 296. pag. 628.*

sione revisionis Constitutionis fundamentalis, hanc principiis Ecclesiae Catholicae magis accomodari, signanter Potestatem sacram plena libertate donari; Placetum abrogari; Instituta Religiosa, pias fundationes, causas matrimoniales supremae inspectioni Cleri restitui; influxum denique Cleri in educationem ac institutionem eo in gradu, quem sublimis muneris clericalis ratio exigit, concedi apud Magistratum memorati Cantonis ursit. *)

A. 1841. revisa apud *Lucernenses* Constitutione, abrogatisque legibus, quibus antea Potestas Ecclesiastica constricta erat, relatio Ecclesiae ad Civitatem sic definita fuit, ut ad firmandam concordiam inter Sacerdotium et Imperium magis accomoda redderetur; nam communicatio cum Ordinario et Sede Apostolica in negotiis ecclesiasticis libera admissa; fundationes ac possessiones in usum Ecclesiae consecratae absque omni contrectatione incolumes servatae; Monasteriis temporalium administratio restituta; causae mixtae mutuo utriusque Jurisdictionis consensu tractandae dispositae; Placetum Regium iuribus Ecclesiasticae Potestatis cumprimis adversum sublatum, aliaque famosae Conferentiae Badensis decreta Ecclesiae infesta abrogata fuere. Quae omnia cum Senatus Lucernensis ad notitiam Summi Pontificis pertulisset: et laudem Sanctissimi Patris meruit reportare, et ulteriorem paternam provocationem accipere, ut ea quoque, quae adhuc in Civili Constitutione plene liberae atque independenti rerum sacrarum regendarum auctoritati minus congruerent, ad principia catholica exigantur. †) — Eodem anno Episcopus *Rottenburgensis* in Regno *Würtembergico* post pluries frustra adhibita leniora media vindicandae pro se suaque Ecclesia autonomiae regiminis ecclesiastici, solenni *Motione* apud Regni Comitia interposita eandem reclamavit, praeprimis ius supremae directionis ac inspectionis Cleri dioecesani, ius conferendi beneficia, ius administrandi bona ecclesiastica, ius visitandi dioecesim, ius investigandi excessus clericorum, ius inspectionis Semina-

*) *Mon. 397. pag. 634.*

†) *Mon. 398. 399. pag. 643. 646.*

rii, ius censurae librorum ecclesiasticorum — contra multiplices Gubernii Civilis impetitiones ad coarctandam potestatem Episcopalem directas vindicando ac defendendo. †) Eandem Motionem anno quoque sequenti, quippe 1842. renovavit, maiorique argumentorum copia adversus objectiones Civilis Gubernii munivit, eumprimis ius supremum Episcopi in re doctrinae religionis, item immediatae inspectionis Seminarii, et plenae gubernationis Cleri Curati, cum exclusione praetensi per Gubernium co-regiminis, ex SS. Canonibus, ex praxi continua Ecclesiae, ex declarationibus Summorum Pontificum evolvendo et confirmando. *)

A. 1843. Cardinalis AEppus Lugdunensis in *Gallia*, data ad Rectorem Academiae Lugdunensis epistola, cui occasionem praebuit Professoris Religioni Catholicae haud faventis nominatio per Gubernium Civile facta, quemadmodum plenam libertatem docendi fidem Catholicam pro Potestate Ecclesiastica in nexu quoque Chartae Constitutionalis reclamat, ita debitum eiusdem Potestatis influxum in nominandis Professoribus postulat, declarando: Ecclesiasticam Potestatem respectu institutionis in fide orthodoxa Civili Gubernio nequaquam subjectam, sed plene liberam esse, seque in casum constituendi per Regimen Professoris de orthodoxia suspecti omnia media adhibiturum, quo periculum ex actu istiusmodi inventuti scholasticae imminens ab eadem propulsetur. **)

A. 1844. idem AEppus occasione projecti circa scholas secundarias pro iis, qui ad Statum Ecclesiasticum adspirant, destinatas, seu sic dicta *parva Seminaria*, per Regimen propositi, ac in Pariamento discussi, pluresque provisiones Potestatis Episcopalis iuribus praejudicantes continentis, plenam momenti literam ad Cameram Parium dimisit, in eaque tum principia pro iuribus Potestatis Ecclesiasticae in negotio doctrinae ab se iam anno 1843. exposi-

†) *Mon. 400. pag. 647.*

*) *Mon. 401. pag. 656.*

**) *Mon. 402. pag. 673.*

ta uberius evolvit, tum abrogationem decretorum circa Seminaria parva proiectatorum postulavit. *)

A. 1845. idem AEppus erga decretum Consilii Status, per quod damnatio ac proscriptio *Manualis Juris Ecclesiastici* a *Dupinio* concinnati ob compiures assertiones libertati Potestatis Sacrae et iuribus Ecclesiae adversas auctoritate Ecclesiastica edita cassatur, celebrem ad Regium Ministerium dedit epistolam, ut summam decreti huius cassatorii in re pure ecclesiastica a Civili Auctoritate periati incohaerentiam demonstret. Praecipue vero ostendit sequentia: a) Constitutionem esclesiasticam in materia doctrinae Religionis editam, non obstante eo quod Gubernium Civile eandem haud acceptet, firmam persistere; b) Statui Publico minime inesse ius, in decisionem opinionum theologicarum semet ingerendi, aut decisionem a Potestate Ecclesiastica latam infirmandi; c) multo minus ei competere ius, Episcopos ad id stringendi, ut in materia Juris Canonici hanc vel illam sententiam amplectantur, aut famosae declarationi Cleri Gallicani de anno 1682. subscribant. **) — Eodem anno 1845. Cardinalis AEppus *Mediolanensis* Regimini Cantonis Tessinensis in *Helvetia* Memoriale exhibuit adversus projectum legis in merito Regularium et Seminariorum plures determinationes ad sphaeram civilis iurisdictionis haud pertinentes sola civili auctoritate latas continentis: quo in Memoriali non negata Civilis Jurisdictionis potestate in iis, quae ad ordinem profanum spectant, potestatis Ecclesiasticae iura quoad coordinationem interiorem tum Regularium tum Seminariorum, item delectum magistrorum Cleri iunioris egregie propugnavit. ***)

---

*) *Mon. 403. pag. 678.*

**) *Mon. 404 pag. 694.*

***) *Mon. 405. pag. 701.*

MONUMENTA.

Monumenta e Periodo V. quae Seculum XIX. complectitur usque a. 1845.

A) *Pontificatus Pii VII. a. 1800—1823.*

1. Ipsius Summi Pontificis Constitutiones et Epistolae pro tuendis Ecclesiae iuribus.

a) in Gallia.

283.

Pius VII. in Concordato Gallicano pro Religione Catholica liberrimum exercitium, pro Episcopis iurium episcopalium plene evolvendorum facultatem exigit, Gubernioque ius nominandi Episcopos tribuit. a. 1801. *)

Pius VII. Ecclesia Christi, quam ut Civitatem sanctam Hierusalem novam descendentem de coelo a Deo vidit Joannes, inde potissimum suam repetit firmitatem, ceteraque ornamenta, quibus praedita consurgit, quod nedum sancta, catholica, et apostolica, sed et *una* sit, super unius soliditate petrae fundata. Ex firma et constanti membrorum Ecclesiae omnium unione in eadem fide, in iisdem sacramentis, in iisdem vinculis caritatis, in subjectione, atque obsequio omnium legitimo Capiti tota vis illa ac pulchritudo est, qua huius mysticum corpus nobilitatur ac praestat. Quod decus eius praecipuum ac singulare Redemtor noster cum et eius proprium esse, et conservari usque ad consummationem seculi maxime voluerit in eadem Ecclesia, quam acquisivit

*) Concordatum et collectio Bullarum ac Brevium Pii 7. super statu praesenti Ecclesiae Gallicanae. Parisiis. 1802. pag. 13.

sangvine suo, antequam ad Patrem ascenderet, memorandis illis verbis sic pro ea oravit: Pater sancte, serva eos, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos, ut omnes unum sint sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. Haec Nos animo cogitantes, simulac inscrutabili Divinae Providentiae consilio ad supremum Apostolatus apicem, licet indigni, vocati fuimus, statim convertimus oculos nostros ad populum acquisitionis, solliciti servare unitatem in vinculo pacis, *Galliasque* potissimum intuentes, magnitudine regionum, populorum frequentia, ac Religionis gloria multis iam seculis commendatissimas, maximo dolore affecti sumus, cum animadverterimus regiones ipsas, quae tamdiu Ecclesiae decus, ac deliciae extitissent, postremis hisce temporibus intestinis perturbationibus adeo exagitatas fuisse, ut maximum Religio detrimentum exinde acceperit, cuius causa rec. mem. Pius 6. Decessor Noster tot tantasque curas impendit. Nolumus nos hic commemoratione malorum ea vulnera refricare, quae Divina Providentia nunc sanare properat. Quibus Nos divina ope adiuti cum opportuna remedia adhibere maxime cuperemus, illud iam pridem Apostolicis nostris literis die 15. Maii superioris anni ad universos Episcopos datis professi sumus: nihil optatius contingere nobis posse, quam vitam pro filiis nostris, qui sunt Galliae populi, profundere, si eorum salus possct interitu nostro repraesentari. Ad ea a Patre misericordiarum impetranda cum indesinenter preces nostrae, lacrymaeque in maxima animi aegritudine profunderentur, Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, recordatus misericordiae suae, respicere dignatus est dolorem nostrum, ac admirando Providentiae suae consilio nec opinantibus nobis aditum aperuit, quo nos et tantis malis occurrere, et Ecclesiae unitatem, et caritatem, quam antiquus humani generis hostis superseminans zizania super mysticum Ecclesiae agrum dissolvere, atque exstingvere conatus erat, constabilire iterum, ac revocare possemus. Siquidem ille Dominus, qui dives est in misericordia, cogitat consilia pacis, et non afflictionis, illustrem Virum, penes quem summa nunc Gallicanae Reipublicae est administratio, eadem cupi-

ditate finem tot malis imponendi inflammavit, ut eius ope, in abundantia pacis Religione restituta, bellicosissima illa Natio ad unicum Fidei centrum revocaretur.

Vix carissimus in Christo filius noster Napoleon Bonaparte Consul primus Reipublicae Gallicanae sibi gratum fore testificatus est, ut tractatio iniretur, vi cuius Religionis cultus in Gallia Deo adjuvante feliciter restitueretur, gratias egimus Deo, cuius unius misericordiae hoc nos beneficium acceptum referebamus. Itaque ne nostro muneri, ac studiis eiusdem primi Consulis deessemus, statim Ven. fratrem AEppum Corinthi ad ineundam tanti huius negotii tractationem misimus. Qui enm Parisios venisset, multis hinc inde discussis atque animadversis, tandem misit ad nos Articulos quosdam sibi propositos. Ad quos diligenter expendendos nos omni studio animum adiicientes, sententiam etiam audire voluimus Congregationis Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui ad mentem suam de tota hac causa nobis aperiendam saepe coram nobis congregati et voce et scripto quid sentirent nobis significaverunt. Cum autem in re tanti momenti illud praecipue, ut decebat, curandum existimaverimus, ut vestigia Pontificum praedecessorum nostrorum sequeremur, propterea repetentes memoria ea, quae ab iisdem facta fuerant in extraordinariis temporum difficillimorum casibus, cum gravissimae populorum perturbationes exortae intestinis motibus maximas Nationes agitarunt, plura gravia et luctuosa accidisse comperimus, quae ante oculos nostros posita, qua agendi ratione uti possemus, nobis aliquo modo indicarent. Igitur antedictae Congregationis Ven. Fr. nostr. S. R. E. Cardinalium sententia cognita, post seduläm considerationem propositae Conventioni, qua ratione potuimus, duximus annuendum, atque Apostolicam potestatem ad ea omnia proferre, quae extraordinariae temporum rationes atque bonum pacis et unitatis Ecclesiae a nobis postulaverunt. Quinimo adeo ingenti exarsimus desiderio Galliae ad Unitatem S. Sedis feliciter revocandae, ut cum allatum ad nos esset, nonnullas formas propositae Conventionis, quam ad Ven. fratrem AEppum Corinthi remisimus, ea interpretatione explicari, ut Gallicanae Reipublicae cir-

cumctantiis non aptae viderentur, atque exoptatae unioni moram aliquam possent inferre, molestissime animo nostro id ferentes, Lutetias mittere statuimus dil. in Chr. fil. nostrum Herculem Cardinalem Consalvi atque a Secretis nostri Status, qui (utpote unus ex eorum numero, quos ad hanc rem congregatos in consilium adhibuimus, quique lateri nostro continue in suo munere adhaerens) optime omnium et expositarum rerum intelligentiam, et veros animi nostri sensus poterat explicare, eam etiam illi facultatem impertientes, ubi necessitas postularet, in antedictis formis eas mutationes inducere, quae definitarum a nobis rerum substantiam integram retinentes, illarum executionem quam celerrimam redderent, et facillorem viam sternerent Conventioni.

Quae cum a nobis commissa feliciter Deo favente sint peracta, indeque ab eo una cum Ven. fratre nostro AEppo Corinthi, ac dil. filio Fr. Carolo Caselli Ord. Serv. Mariae ex-Generali ex nostra parte; et dilectis in Christo filiis Josepho Bonaparte, et Emmanuele Cretet, Consiliariis Status, nec non dilecto in Chr. filio Presbytero Stephano Bernier Parocho S. Laudi Andegavensis ex parte Gallicani Regiminis, Conventio inter Nos, ipsumque Galliarum Regimen Parisiis signata sit, haec a nobis, adhibitis in consilium Ven. fratribus S. R. E. Cardinalibus, perscrutata diligenter, atque examini supposita, cum talis repperta sit, ut nostra approbatione confirmari possit, nos nulla amplius mora interposita per Apostolicas has literas nota facimus ea omnia, quae a nobis constituta, concessaque sunt ad Religionis bonum, internae Galliarum tranquillitatis conservationem consequendam, atque properandam illam tamdiu optatam pacem, ac unitatem, qua Ecclesia sancta in Domino gaudeat atque laetetur.

Atque illa inprimis a Gallicano Regimine solemnis facta est declaratio, nimirum recognoscere se, Religionem Catholicam Apostolicam Romanam eam esse Religionem, quam longe maxima Gallorum civium pars profitetur. Neque vero haud dissimili modo nos ipsi recognovimus, ex Catholico cultu in Gallia constituto, nec non ex particulari eius

professione, quam faciunt Reipublicae Consules, eandem Religionem maximam utilitatem, maximumque decus percepisse; et hoc quoque tempore praestolari. Quibus ita se habentibus illud prae omnibus constitutum est, ut Religio Catholica Apostolica Romana libere in Gallia exerceatur. Illud etiam sancitum est, ut publicus sit illius cultus, habita tamen ratione ordinationum quoad politiam, quas Regimen pro publica tranquillitate necessarias existimabit. Deinde cum illud maxime necessarium esse compertum sit, ut de Episcopalibus sedibus ratio haberetur, hinc cum Gallicanum Regimen novam fieri Gallicanarum Dioecesium circumscriptionem se cupere nobis significaverit, collatis cum eo consiliis nova a nobis Gallicanarum dioecesium circumscriptio fiet, quae mutua voluntatis conjunctione ita perficictur, ut spiritualibus Catholicorum necessitatibus consultum sit. Et quoniam tum propter novam hanc ipsam Dioecesium circumscriptionem, tum propter alias gravissimas causas omnia impedimenta removenda sunt, quae tanto operi perficiendo adversari possunt, propterea nos iustae persvasioni innixi, Gallicanarum Ecclesiarum titulares Episcopos ita animo esse comparatos, ut eidem Religioni omnia sacrificia ac vel ipsarum suarum Sedium resignationem litare non sint detrectaturi (quod iamdiu quampiurimi inter ipsos numquam satis commendandis literis ad rec. mem. Praedecessorem nostrum datis die 3. Maii 1791 ultro obtulerunt); praedictos titulares per nostras Apostolicas litares. sollicitudinis plenas adhortabimur, ut Ecclesiae paci atque unitati consulant, significabimusque nos ab eorum, qua in religionem flagrant, caritate firma fiducia ea, quae superius dicta sunt, sacrificia exspectare, ne ipsa quidem sedium resignatione excepta, quae Ecclesiae bonum imperat. Qua hortatione praemissa, eorumque cognita responsione, quam nostris conformem votis futuram esse haud dubitamus, opportuna media adhibebimus, quibus Religionis bono consulatur, atque ut, nova circumscriptione peracta, Gallicani Gubernii vota impleantur, operam impendemus. Archieppos autem et Eppos novae circumscriptiones Dioecesibus praeficiendos Consul primus Gallicanae Reipublicae nominabit, nominationesque exhibebit in-

tra tres menses, qui promulgationem Apostolicae Constitutionis consequentur. Nos vero iisdem nominatis institutionem canonicam dabimus iuxta formas relate ad Gallias ante Regiminis commutationem statutas. Eadum ratio servabitur tam in nominationibus, quam in canonica institutione eorum, qui in posterum vocantibus sedibus substituentur. Ut vero ne minimum quidem dubitari possit, de sensibus, ac mente Episcoporum (quamquam etiam sine ullius obligatione iuramenti, iuxta Evangelii praescripta quid Supremis Praepositis debeant, optime noverint, atque implere teneantur) quo certiores sint de eorum fide atque obedientia Reipublicae Rectores, consensimus, ut Episcopi, antequam Episcopale munus gerendum suscipiant, coram primo Consule iuramentum fidelitatis emittant, quod erat in more positum ante regiminis commutationem, sequentibus verbis expressum: „Ego iuro et promitto ad S. Dei Evangelia, obedientiam, et fidelitatem Gubernio per Constitutionem Gallicanae Reipublicae statuto. Item promitto, me nullam communicationem habiturum nulli consilio interfuturum, nullamque suspectam unionem neque intra neque extra conservaturum quae tranquillitati publicae noceat; et si tam in dioecesi mea quam alibi noverim aliquid in Status damnum tractari, Gubernio manifestabo." Iisdemque de causis consensimus, ecclesiasticos secundi ordinis in eadem verba iurare coram auctoritatibus civilibus, quae a Rectoribus Reipublicae designabuntur. Cum inscrutabili consilio Divinae Providentiae, quae largitate donorum ubique diffunditur, cuncta regantur in mundo, pietati congruum, et publicae, quam optamus, felicitati necessarium iudicavimus, ut ad utilitatem salutemque Galliarum publicis precibus divinum auxilium imploretur. Idcirco in omnibus templis Catholicorum, quae sunt in Gallia, post divina officia his verbis orabitur: Domine salvam fac rempublicam, Domine salvos fac Consules.

Constitutis Dioecesibus cum omnino necesse sit limites etiam Parochiarum constitui, earum circumscriptionem ab Episcopis fieri volumus, quae tamen circumscriptio suum non sortietur effectum, nisi postquam Gubernii consensus accesserit. Jus nominandi Parochos ad Episcopos pertinebit,

qui tamen personas non seligent nisi iis dotibus instructas, quas Ecclesiae Canones requirunt, atque — ut tranquillitas eo magis in tuto sit — Gubernio acceptas. Cum vero tum Clericorum institutioni, tum Episcoporum consilio suaeque Ecclesiae administrationi consulere necesse sit, illud non omisimus, ut iidem Episcopi unum habeant in Cathedrali Ecclesia Capitulum, unumque Seminarium in sua quisque Dioecesi, quamvis Gubernium ad dotationis obligationem non se adstringat. Quamvis maxime desideraretur a nobis, ut Templa omnia iterum sacris ministeriis exercendis Catholicis redderentur, cum tamen id perfici non posse videamus, satis habuimus, quod omnia templa Metropolitana, Cathedralia, parochialia aliaque non alienata cultui necessaria Episcoporum dispositioni tradantur. Constantes in proposito ad omnia sacrificia pro bono unitatis descendendi, ad quae salva religione descendi potest, ut etiam pro viribus nostris tranquillitati Galliarum cooperemur, quae denuo totae turbarentur, si bona ecclesiastica alienata iterum essent repetenda, et ut- quod potissimum est- felix Catholicae Religionis restitutio fiat, Praedecessorum nostrorum exempla sectantes declaramus, eos, qui bona ecclesiastica alienata acquisiverunt, molestiam nullam habituros neque a nobis, neque a RR. PP. successoribus nostris, ac consequenter proprietas eorumdem bonorum, redditus, et iura iis inhaerentia immutabilia penes ipsos erunt atque ab ipsis causam habentes. Sed quoniam Galliarum Ecclesiis veteri suo patrimonio privatis invenienda ratio aliqua est, qua succurri Episcoporum ac Parochorum sustentationi ac decentiae possit, Galliarum Gubernium in se recepit tum Episcoporum, tum Parochorum, quorum Dioeceses, atque Parochias nova circumscriptio complectitur, sustentationem, quae cuiusque statum deceat. Simili modo statutum est, Gallicanae Reipublicae Gubernium curaturum, ut Catholicis in Gallia liberum sit, si libuerit, Ecclesiis consulere novis fundationibus. Demum declaravimus recognoscere nos in primo Consule Gallicanae Reipublicae eadem iura ac privilegia, quibus apud Sanctam Sedem fruebatur antiquum Regimen. Quod si forte eveniat, ut aliquis ex successoribus hodierni primi

Consulis Catholicam Religionem non profiteretur, eo casu super iuribus et privilegiis superius memoratis nec non super nominatione ad AEppatus et Eppatus respectu ipsius nova conventio fiet.

Cum itaque omnia et singula superius recensita — Lutetiae Parisiorum subscripta sint, cumque post huiusmodi conventiones, pacta, et concordata in omnibus et singulis punctis, clausulis, articulis et conditionibus a praefatis subscripta pro firmiori eorum subsistentia robur Apostolicae firmitatis adiicere, et auctoritatem solenniorem et decretum interponere necessarium sit, nos ea spe freti, fore, ut Deus, qui dives est in misericordia, et a quo omne datum optimum et omne donum perfectum, studia nostra in sanctissimo hoc opere absolvendo benigno favore prosequi dignetur, ac ut omnibus amotis impedimentis atque dissidiis, vera pietas et religio maiora suscipiant incrementa, sublatisque ex agro Dominico dissensionum seminibus abundantior in dies bonorum operum seges ad ipsius Dei laudem et gloriam, aeternamque animarum salutem succrescat: de Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio et assensu, ac certa scientia et matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine supradictas concessiones, conventiones, capitula, pacta, et concordata tenore praesentium cohaerenter ad peculiare chirographum super ipsis articulis appositum approbamus, ratificamus, et acceptamus, illis apostolici muniminis et firmitatis robur et efficaciam adiungimus, omniaque in eis contenta ac promissa sincere et inviolabiliter ex nostra eiusque Sedis parte adimpletum et servatum iri tam nostro quam nostrorum successorum nomine promittimus ac spondemus. — Monemus praeterea et hortamur in Domino omnes et singulos AEppos, Eppos, et locorum Ordinarios iuxta novam Gallicanarum Dioecesium circumscriptionem canonice instituendos, eorumque successores, itemque Parochos aliosque Sacerdotes in vinea Domini operarios, ut zelo secundum scientiam non in destructionem sed in aedificationem utentes, ac prae oculis habentes, se ministros esse Christi, qui a Propheta princeps pacis cognominatus est, quique transitu-

rus de hoc modo ad Patrem pacem tamquam propriam haereditatem Apostolis et discipulis suis reliquit, ut omnes idem sentiant, collatisque in unum studiis ea, quae pacis sunt, ament, atque sectentur, et quaecunque, ut praefertur, concessa, statuta et concordata fuerunt, accurate ac diligenter servent, atque custodiant. — —

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem, anno 1801. decimo octavo cal. Septembris, Pontif. nostri anno secundo.

284.

Cardinalis Legatus apud Rempublicam Gall. nomine Summi Pontificis adversus Articulos Organicos Concordato per Guberuium subnexos tamquam Potestati Ecclesiasticae praeiudicantes remonstrat, iisdemque contradicit. a. 1803. *)

(ex Gall.)

Cardinal Caprara an Herrn v. Talleyrand Minister der auswärtigen Angelegenheiten. Ich bin beauftragt, Beschwerde zu führen gegen jenen Theil des Gesetzes vom 18. Germinal, welchem man den Namen *organische Artikel* gegeben hat. Ich erfülle diese Pflicht mit desto grösserem Vertrauen, je mehr ich auf das Wohlwollen der Regierung und auf ihre Anhänglichkeit an die wahren Grundsätze der Religion zähle. Die Benennung, welche man diesen Artikeln beigelegt, dürfte beim ersten Anblick anzudeuten scheinen, sie seien nur das natürliche Ergebniss und eine Erläuterung des Concordats. Es ist aber Thatsache, dass sie nicht in Übereinstimmung mit dem heil. Stuhle erlassen worden sind, dass sie viel weiter gehen als das Concordat, und ohne die Mitwirkung des heil. Stuhles in Frankreich einen geistlichen Codex aufstellen. Wie könnte Se. Heiligkeit einen solchen zugeben, da sie nicht einmal zu dessen Prüfung eingeladen wurde? Dieser Codex macht sich zum Gegenstand die Lehre, Sitten, Disciplin der Geistlichkeit, die Rechte und Pflichten der Bischöfe und der niedern Geistlichkeit, ihre Bezie-

*) *Lequeux*, Manuale Compendium Juris Canonici. T. 4. Parisiis. 1841. p. 470. — *Scherer*, Papst Leo der Zwölfte. Schaffhausen. 1844. p. 305.

hungen zum heil. Stuhl, und die Weise, wie ihre Jurisdiction soll ausgeübt werden. Alles dies gehört aber zu den unveränsserlichen Rechten der Kirche: sie hat von Gott allein die Macht erhalten, in Fragen über Glaubenslehren und Sittenvorschriften zu entscheiden, und Canonen oder Disciplinarvorschriften zu erlassen. Herr v. Hericourt, der Geschichtschreiber Fleury, die berühmtesten Generaladvocaten, selbst Herr v. Castillon hat dies zugestanden. Letzterer räumt der Kirche die Macht ein, die sie von Gott erhalten hat, durch ihr Lehramt, durch ihre Verordnungen und Urtheile die Regel des Glaubens und der Sitten, die zur Oekonomie ihrer Regierung nothwendige Disciplin, die Succession und die Fortdauer ihres Ministeriums zu bewahren. Seine Heiligkeit konnte desshalb nur mit grösstem Schmerz wahrnehmen, wie die weltliche Gewalt mit Beiseitsetzung dieser Grundsätze Artikel aufstellen, entscheiden und zum Gesetz erheben wollte, welche für die Sitten, die Disciplin, die Rechte, den Unterricht und die Jurisdiction der Kirche von wesentlicher Bedeutung sind. Muss man nicht besorgen, diese Neuerung werde Misstrauen erzeugen und die Meinung veranlassen, die französische Kirche sei selbst in rein geistlichen Dingen der weltlichen Macht unterworfen, und solches halte viele verdienstvolle Geistliche von der Annahme von Stellen ab? Was ergiebt sich aber erst, wenn wir jeden dieser Artikel insbesondere für sich ins Auge fassen?

Der *erste* Artikel verlangt: „dass ohne Gutheisung der Regierung keine vom heil. Stuhle ausgegangene Bulle, Breve, oder Rescript solle exequirt, oder auch nur publicirt werden können." Verletzt diese Verordnung, in ihrer ganzen Ausdehnung gefasst, nicht offenbar die Freyheit des kirchlichen Unterrichts? unterwirft sie nicht die Veröffentlichung christlicher Wahrheiten lästigen Formalitäten? macht sie nicht Glaubens- und Disciplinarentscheidungen gänzlich von der weltlichen Macht abhängig? räumt sie nicht der weltlichen Macht, die leicht zu einem Missbrauch sich verleiten lassen dürfte, das Recht und die Möglichkeit ein, das Wort der Wahrheit, welches ein pflichtgetreuer Papst an die seiner Obsorge anvertrauten Völker richten möchte, zu hem-

men, zu suspendiren, ja sogar zu unterdrücken? Dermassen war die Kirche nie abhängig, nicht einmal in den ersten christlichen Jahrhunderten; keine weltliche Macht verlangte damals die Verification ihrer Beschlüsse; mit der Aufnahme der Kaiser in ihren Schooss hat sie aber ihre Vorrechte verloren; sie muss der nämlichen Jurisdiction geniessen, deren sie unter den heidnischen Kaisern genossen hat. Es ist nicht erlaubt, diese anzugreifen, weil sie von Jesus Christus herkommt. Mit welchem Schmerz muss daher der heilige Stuhl die Fesseln sehen, die man seinen Rechten anlegen will! Die französische Geistlichkeit anerkennt selbst, dass die vom heil. Stuhl ausgegangenen Urtheile, welchen der Episcopalkörper seine Zustimmung gibt, unumstösslich sind. Warum sollte es also der autorisation der Regierung bedürfen, da diese Urtheile selbst nach den Gallicanischen Grundsätzen ihre ganze Kraft von jener Behörde haben, welche sie ausspricht, und von derjenigen, welche sie annimmt? Der Nachfolger Petri muss seine Brüder im Glauben bestärken, wie die heil. Schrift sich ausdrückt; wie wird er aber dieses thun können, wenn er bei jedem Artikel, den er lehrt, durch die Verweigerung oder durch den Abgang der Verification von Seite der weltlichen Regierung jeden Augenblick daran gehindert werden kann? Folgt nicht offenbar aus diesen Verordnungen, dass die Kirche nur mehr das wissen und glauben dürfe, was die Regierung veröffentlichen zu lassen beliebte? Verletzt dieser Artikel nicht ferner auch die zarte Schonung und das Geheimniss, welches in Sachen der Pönitentiaria zu Rom immer ist beobachtet worden? Jeder Privatmann kann sich mit Vertrauen an dieses Tribunal wenden, ohne besorgen zu müssen, dass seine Fehler aufgedeckt werden; dieser Artikel aber, welcher gar keine Ausnahme gestattet, will, dass auch die von der Pönitentiaria ausgegangenen Breve's an einzelne Personen verificirt werden müssen. Sollen also die Familiengeheimnisse und die traurigen Folgen menschlicher Schwachheiten zuerst allgemein bekannt gemacht werden, um die Erlaubniss zu erhalten, von diesen Breven Gebrauch machen zu dürfen? Welche Plackerei, welche Hindernisse! Selbst das Parlament liess solche nicht zu, denn

es sprach von der Verification ausdrücklich frei die Provisionen, und die Breven der Pönitentiaria und die andern nur Privaten betreffenden Ausfertigungen.

Der *zweite* Artikel erklärt, „ohne die gleiche Autorisation soll kein Legat, Nuntius, oder Delegirter des heil. Stuhles seine Vollmachten in Frankreich ausüben dürfen." Ich kann nicht umhin, die über den ersten Artikel gegründeten Bemerkungen hier zu wiederholen. Der eine vernichtet die Freiheit des Unterrichts in seiner Quelle, der andere greift sie in seinen Agenten an; der erste macht der Bekanntmachung der Wahrheit Hindernisse, der zweite dem Apostolat derjenigen, welche diese Wahrheit zu verkünden beauftragt werden. Jesus Christus wollte aber, dass sein göttliches Wort immerfort frei sei, dass man es auf den Dächern, bei allen Völkern und unter allen Regierungen solle verkünden können. Wie lässt sich dieses kathol. Dogma vereinbaren mit der unerlässlichen Formalität dieser Gewaltsverificationen und einer Erlaubniss der Regierung, diese Vollmachten ausüben zu dürfen? Hätten die Apostel und ersten Diener der werdenden Kirche das Evangelium predigen können, wenn die Regierungen über sie eine solche Gewalt ausgeübt hätten?

Der *dritte* Artikel dehnt diese Maasregel auf die Canones selbst der allgemeinen Concilien aus. *) Diese so ehrwürdigen Versammlungen wurden nirgends mehr respektirt und verehrt als eben in Frankreich. Wie kommt es also, dass sie jetzt beim gleichen Volke so viele Hindernisse finden, und dass eine Formalität von weltlicher Seite das Recht geben soll, sogar ihre Beschlüsse zu vereiteln? Man sagt, man wolle sie vorher prüfen; aber das Wort *Prüfung* ist

*) *Art. 3.* „Die Decrete der auswärtigen Synoden, selbst die Decrete der allgemeinen Concilien können in Frankreich nicht verkündet werden, ehe die Regirung zuvor ihre Form, ihre Übereinstimmung mit de Gesetzen, Rechten, und Freiheiten der fränkischen Republik, und alles was bei ihrer Verkündigung die öffentliche Ruhe stören und interessiren könnte, wird untersucht haben."

bei religiösen Dingen in der kath. Kirche verpönt; nur die protestantischen Gemeinden nehmen es an, und von daher ist jene auffallende, in ihrem Glauben herrschende Verschiedenheit gekommen. Welches soll aber auch der Zweck solcher Prüfungen seyn? Zu wissen, ob die Canones der Concilien den französischen Gesetzen conform seien? Wenn aber mehrere dieser Gesetze, wie zum Beispiel das Gesetz über Ehescheidungen, mit dem kathol. Dogma in Widerspruch sind, so müsste man also die Canones verwerfen und die Gesetze vorziehen, wie ungerecht und irrthümlich ihr Inhalt auch sein möchte? Wer kann einen solchen Schluss zugeben? Hiesse das nicht die Religion, das Werk Gottes selbst, den immer unvollkommenen und oft ungerechten Werken der Menschen zum Opfer bringen? Ich weiss wohl, dass unser Gehorsam ein vernünftiger sein muss; aber nur aus zureichenden Gründen gehorchen ist weit verschieden von dem Recht, zu prüfen und willkührlich zu verwerfen, was uns nicht zusagt. Gott hat die Unfehlbarkeit nur seiner Kirche verheissen; die menschlichen Gesellschaften können irren; die weisesten Gesetzgeber haben hiefür den Beweis geliefert; warum soll man also die Beschlüsse einer unverwerflichen Autorität auf die gleiche Linie stellen mit den Beschlüssen einer fehlbaren Autorität, und bei dieser Gleichstellung die Waage noch zu Gunsten der letztern neigen? Jede weltliche Macht hat übrigens die gleichen Rechte; was also Frankreich verordnet, das kann auch Spanien, das kann auch Russland fordern; und da die Gesetze überall verschieden sind, so folgte daraus, dass die Lehre der Kirche sich nach den Gesetzen jedes Landes ändern müsste, um mit denselben im Einklang zu sein. Will man etwa einwenden, das französische Parlament habe eben so gehandelt? Ich weiss es aber nach der Erklärung vom 24. Mai 1766. untersuchte das Parlament nur, ob bei der Veröffentlichung von Canonen und Bullen etwas die öffentliche Ruhe stören oder berühren könnte, nicht aber, ob sie mit den Staatsgesetzen in Einklang seien, welche mit jedem Tage sich ändern können. Dieser Missbrauch konnte aber durch den Gebrauch nicht legitimirt werden, und die Regierung

fühlte seine Übelstände so sehr, dass sie am 5. April 1757. durch d'Aguesseau dem Parlament erklärte: „es scheint, man wolle die der Kirche zustehende Gewalt, Decrete zu erlassen, schmälern, indem man diese Gewalt dermassen von der weltlichen Macht und ihrer Mitwirkung abhängig mache, dass ohne diese Mitwirkung die heiligsten Beschlüsse, der Kirche die Unterthanen des Königs nicht sollen verbinden können." Endlich geschah laut Erklärung vom J. 1766. diese Prüfung in den Parlamenten nur in der Absicht, die Beschlüsse der Kirche auch zu Staatsgesetzen zu machen, ihre Ausführung anzuordnen und das Zuwiderhandeln auch mit zeitlichen Strafen zu verbieten. Gegenwärtig aber lässt sich die Regierung nicht mehr von diesen Beweggründen leiten, weil die kathol. Religion nicht mehr die Religion des Staates, sondern nur die der Mehrheit der Franzosen ist.

Erhoben durch Gottes Fügung nach dem glorreichen Tode unseres grossen unsterblichen Vorgängers Pius 6. ruhmvollen Andenkens, zur obersten päpstlichen Würde, und versehen mit der Fülle der Macht des heil. Petrus und des heil. Stuhls, was haben wir nicht alles gethan? Welche Mittel, welche Beweise, welche Opfer haben wir nicht angewendet, um die französische Regierung von unserer väterlichen Sorgfalt immer mehr zu überzeugen? Die Welt ist Zeuge davon, Gott kennt unsere Wünsche; und wie kann nun eben diese Regierung ohne Verbrechen uns unterdrücken, erniedrigen und verbannen wollen? Aber nein, Pius VII. ist ohne Furcht, er wiedersetzt sich nicht, er wirft sich nicht weg. Unsere Stärke, unser Trost, unser Erbtheil ist Jesus Christus und die Religion, Verfolgungen werden unser Ruhm seyn und unser Triumph der Tod. Die von uns angewandten Mittel, um eine so sehr verirrte Nation zu gewinnen, sind sämmtlich offenbar geworden in dem zu Lyon bewilligten Congress, welchen wir modificirt, bewilliget, genehmiget und bestätiget haben, so dass die Glaubenssätze und das Wesentlichste der Disciplin unverletzt blieb, und als wir uns nun sicher glaubten, wurden neue Angriffe auf uns bereitet. Es wurde uns ein Beschluss überreicht von Seiten der französischen Regierung, welche, wie darin gesagt wurde, den Napoleon Bonaparte als ihren Kaiser und Oberherrn erklärrte und ausrief, und mann wollte, dass wir unsern Sitz verliessen und uns nach Paris begäben, um den neuen Monarchen zu salben und zu krönen. In Hinsicht um dem grössten unangenehmer Ereignisse und Übel zu entgehen, die von neuem hätten entstehen können, verliessen freiwillig unsern Sitz und Unternahmen die beschwerliche und unangenehme Reise. Wir kamen zu dem Zwecke nach Paris, und da das kaiserliche Diadem auf Napoleons Haupt gesetzt war, so glaubten wir, dass von nun an der Friede, die Sicherheit und das gute Einverständniss zwischen uns und diesem Monarchen, zwischen der kath. Reli-

gion und seinen Unterthanen aufrichtig befestiget sey, da diese schon alle Beweise von Achtung, von Verehrung, und Ergebenheit gegen dieselbe bewiesen hatten. Wir sehen jetzt, dass unsere Mühe und Sorge vergeblich gewesen ist. Wir erhielten vor kurzem von dieser Regierung Briefe, in welchen unannehmbare und ungerechte Forderungen offengelegt werden, wie wir es ihnen schon im gehaltenen geheimen Consistorium bekannt machten. Wir halten es für zweckmässig, Sie daran zu erinnern, damit Sie durch die Beistimmung, welche Sie unserer unveränderlichen Entschliessung geben, unseren Muth und unsere Bereitwilligkeit erheben, für die Aufrechthaltung dieser heiligen katholischen apostolischen und römischen Kirche und der Rechte des heil. Stuhls alles standhaft zu erdulden. Es ist wahr, die Kirche von Frankreich hatte zu aller Zeit Privilegien, die von unsern Vorfahren anerkannt waren, und wir weit entfernt dieselben aufzuheben oder einzuschränken, haben noch neue dazu bewilliget, die mit unserem Gewissen nicht im Widerspruch standen; die ganze kath. Welt ist davon unterrichtet. Was konnten wir mehr thun, was konnte man mehr von uns fordern? Es wurde beschlossen, unsere Standhaftigkeit auf die Probe zu stellen, und unser Ansehen zu vernichten. O Regierung! o Volk! was unternimmst du wider uns und wider dich selbst!

1. Die franz. Regierung fordert gegenwärtig einen von uns unabhängigen Patriarchen, sie ernennet ihn, erkennet ihn an, und stellet ihn uns vor mit unserer Macht bekleidet, und fordert uns auf, ihn als solchen zu erkennen. Wir haben protestirt, und protestiren hiermit, nicht nur ihn unter diesen Bedingungen nicht anzuerkennen, sondern wir erklären ihn als eingedrungen und für immerhin getrennt vom Schoosse der kath. apost. und röm. Kirche. 2. Sie will, dass ihr Gesetzbuch in unseren Staaten bekannt gemacht und für immer in Ausübung gebracht werde. Da dieses unsrer Oberherrschaft, den heil. Kirchensatzungen und den Concilien zuwider ist, so haben wir ihr wiedersprochen. 3. Man fordert die Freiheit und die öffentliche Ausübung eines jeden Cultus. Wir haben diesen Punct gänzlich verworfen,

weil er den Kirchensatzungen, den Concilien, der kathol. Religion, der Ruhe des Lebens und dem Wohle des Staates der traurigen Folgen wegen, die daraus hervorgehen, zuwider ist. 4. Man verlangt eine Reform der Bisthümer und die Unabhängigkeit der Bischöfe von uns. Da dies dem Willen unsers Gesetzgebers und Herrn Jesu Christi entgegen gesetzt ist, der dem heil. Petrus die Vereinigung mit den Aposteln vorschrieb, welche gegenwärtig durch die Vereinigung der Bischöfe mit uns dargestellt wird, indem er ihm sagte, er sey Petrus und gleichsam der Grundstein, worauf er seine Kirche baue, und dann noch hinzufügte, Petrus solle sie mit sich vereinigt halten und sie stärken mit den Worten: Wenn du bekehrt bist, so stärke deine Brüder: so betheuern wir, dass wir die Fülle des Primats und die Abhängigkeit der Bischöfe von uns, für uns und unsere Nachfolger aufrecht erhalten wollen, so wie es in den päpstlichen Bullen, in heil. Kirchensatzungen und Concilien verordnet ist. 5 Man verlangt, dass die päpstlichen Bullen betreffend die Collation der Bisthümer und der Pfarren unsrer Jurisdiction abgeschafft seyn und bleiben sollen, Dieser Artikel führt zur Trennung und Unabhängigkeit, und ist eine mächtige Erklärung wider unsere Autorität und den heil. Stuhl, wir verwerfen ihn mit gleicher Festigkeit. 6. Man setzt uns zu, die allgemeine Abschaffung der kirchlichen Orden beiderlei Geschlechts zu beschliessen. Wir haben keinen Beweggrund, dies zu thun; wir erachten es daher für unsere Pflicht, sie zu erhalten und zu fördern. 7. Man besteht ferner auf Abschaffung des Coelibats für die Zukunft, und dass die dem Dienste der Religion gewidmeten, selbst durch ein feierliches Gelübd gebundenen Personen sich verheirathen können. Dieser Punct ist der Reinheit und Heiligkeit eben dieser Religion zuwider, und dem Versprechen, welches religiöse Personen als ein freiwilliges Opfer um eines grösseren Gutes willen Gott gethan haben. 8. Endlich noch bedeutet uns die franz. Regierung, den Joseph Bonaparte zum König von Neapel zu krönen und zu salben. Aber wie könnten wir dieses ohne Verbrechen? Der rechtmässige Herr dieser Staaten Ferdinand Bourbon lebt, und da uns von einer Ab-

tretung nichts bekannt ist und wir von seinen Ansprüchen auf dieses Land sicher sind, wie können wir, ohne ungerecht und unbesonnen zu handeln, einen andern Regenten dahin stellen?

Sehen Sie, erhabener Bruder, die Forderungen der franz. Regierung und dabei zugleich unsere Entschliessungen. Sie bereiten uns eine schwierige Arbeit, und ungeachtet der uns gemachten Drohungen verlangen und wünschen wir mit gleicher Standhaftigkeit uns selbst zum Vortheil der Religion und des heil. Stuhles aufzuopfern. Man ist im Begriff, die Staaten des heil. Stuhls militärisch zu besetzen, und wir werden alle umgeben werden von den Individuen einer Nation, die noch vor kurzem Beweise der Anhänglichkeit, der Ergebenheit und der Verehrung gegen uns und gegen die Religion an den Tag legten. Man ruft uns zu mit einem drohenden Tone, dass wir einen neuen Regenten dieser Staaten zu erwarten haben, und dass man uns die Auswahl des Ortes, wo wir uns aufhalten wollen, frei lasse, wenn derselbe nur ausserhalb unserer geliebten Staaten gelegen sey! und das alles zur Strafe, weil wir ungerechte Forderungen verwarfen.

Ewiger Gott! Du, der Du die Herzen der Menschen kennest, und in denselben die verborgensten Geheimnisse entdeckest, neige Dich zum Erbarmen über uns, aber mehr noch erbarme Dich über eine Nation, die in Finsternisse verhüllt, und durch Irrthümer, welche das Herz fesseln, verblendet ist. Wir bringen dir uns selbst zum Opfer dar, und wenn zur Tilgung ihrer Schuld unser Blut nöthig ist, so weigern wir nicht es zu vergiessen. Sieh uns zu deinen heiligsten Füssen, wir flehen um deinen heiligen Segen über uns, damit wir gestärket und befestiget werden in dem göttlichen Entschlusse, lieber zu leiden, als einen so grossen Theil der zerstreiten, und von dir verlassenen Heerde zu verlieren. Dir empfehlen wir die Erhaltung und die Vertheidigung der kath. Religion. Schlage, ja schlage den Hirten und schone der Heerde, die wir dir empfehlen, und erhalte sie mit dir vereinigt. Deine göttlichs Wunden, o gros-

ser Gott! sollen uns Zuflucht und Sicherheit, dein Blut unsere Beruhigung, und dein Tod unser Beispiel seyn.

Und Sie, erhabener Bruder und Sohn, empfangen Sie dieses an Sie gerichtete Schreiben als einen Beweis der väterlichen Sorgfalt und Achtung, die wir für Sie haben; indem wir uns in unseren Unfällen dadurch Erleichterung zu schaffen suchen, dass wir die Ursache davon mittheilen. Wir bitten, sich in Ihren Gebethen mit uns zu vereinigen, damit uns Gott die Gnade erzeige, in Vertheidigung der Religion, der Gerechtigkeit und der Wahrheit unerschütterlich standhaft zu seyn. Erinnern wir uns, dass die Franzosen nicht die ersten Verfolger der Religion Jesu Christi und seines Statthalters auf Erden waren, und dass wir nicht der erste Märtyrer seyn werden, wenn uns Gott die Gnade widerfahren lässt, unser Blut für dieselbe zu vergiessen. Wir ertheilen Ihnen unsern apostolischen Segen. Rom. den 5. Febr. 1808.

288.

Bulla excommunicationis die 10. Junii 1809. edita contra Gallorum facta iuribus Summi Pontificis, item disciplinae Ecclesiae ac SS. Canonibus, potestati demum Episcoporum a laica iurisdictione haud dependenti adversa. *)

Pius VII. Quum memoranda illa die secunda Februarii Gallorum copiae, postquam uberiores alias Pontificiae Ditionis provincias late invaserant, in Urbem quoque repentino hostilique immissae sunt impetu, in animum inducere minime potuimus, ut politicis aut militaribus illis rationibus, quae ab invasoribus vulgo praetendebantur et iactabantur, ausus huiusmodi unice tribueremus, quod scilicet aut tueri sese hic, prohibereque hostes suos a terris S. Romanae Ecclesiae, aut nostrum in nonnullis ex iis, quae Gallicanum a nobis Gubernium petierat, recusandis propositum atque constantiam vellent ulcisci. Vidimus statim, rem multo spectare longius, quam temporariam quamdam aut milita-

---

*) *Bacca*, Memoiren. Aus dem Italienischen. I. B. Augsburg. 1835. p. 106.

rem providentiam, irative erga nos animi significationem. Vidimus reviviscere, recalere, et e latebris rursus erumpere, quae deferbuisse, et si minus compressa, repressa saltem videbantur, impia ac vaferrima illorum hominum consilia, qui decepti, decipientesque per philosophiam et inanem fallaciam, introducentes sectas perditionis, sanctissimae Religionis excidium, coniuratione facta, tamdiu machinantur. Vidimus, in persona humilitatis nostrae sanctam hanc beatissimi Apostolorum Principis Sedem peti, obsideri, oppugnari, qua scilicet, si ullo modo fieri posset, subruta et catholicam Ecclesiam super illam tamquam super solidissimam petram a Divino eius conditore inaedificatam labefactari funditus et corruere sit necesse.

Putavimus olim nos speravimusque, Gallicanum Gubernium malorum experientia edoctum, quibus potentissima Natio ob laxatas impietati et schismati habenas se involverat, convictumque unanimi longe maximae civium partis suffragio, sibi vere et ex animo persvasisse tandem, securitatis suae ac felicitatis publicae interesse maxime, si liberum Religioni Catholicae exercitium sincere restitueret, ac singulare eius patrocinium susciperet. Hac profecto opinione ac spe excitati nos, qui illius vices licet immerentes in terris gerimus, qui Deus est pacis, vix ut reparandis in Gallia Ecclesiae cladibus aditum patefieri aliquem persensimus, testis nobis universus est orbis, quanta cum alacritate inivérimus tractationes pacis, quantique et nobis, et ipsi Ecclesiae steterit, illas tandem ad eum exitum perducere, quem consequi licuisset. At, Deus immortalis! quorsum spes illa nostra evasit! quis tantae indulgentiae ac liberalitatis nostrae tandem extitit fructus!

Ab ipsa promulgatione constitutae huiusmodi pacis conqueri cum Propheta coacti fuimus: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Quam sane amaritudinem non dissimulavimus Ecclesiae, ipsisque fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Allocutione ad ipsos habita in Consistorio diei 24. Maii 1802. significantes scilicet, ex promulgatione nonnullos initae Conventioni adiectos fuisse articulos ignotos nobis, quos statim improbavimus: iis siquidem articulis non

solum exercitio Catholicae Religionis ea penitus libertas in maximis potissimisque rebus re adimitur, quae in ipso Conventionis exordio ut ipsius basis ac fundamentum verbis asserta, pacta, promissa solemniter fuerat; verum eorum quibusdam ipsa etiam haud procul impetitur Ecclesiae doctrina. Idem fere fuit exitus Conventionis, quam cum Italicae Reipublicae Gubernio inivimus, iis ipsis articulis arbitrarie prorsus ac perverse per summam patentemque fraudem atque iniuriam interpretatis, quibus ab arbitrariis perversisque pactionum interpretationibus summopere praecaveramus. Violatis hoc modo pessumdatisque conventionis utriusque pactionibus illis, quae quidem in favorem Ecclesiae fuerant constitutae, et Potestate spiritnali laicali arbitrio subacta, tam longe abfuit, ut quos proposueramus nobis per conventiones illas, ulli salutares effectus fuerint consecuti, ut potius mala ac detrimenta Jesu Christi Ecclesiae augeri in dies magis ac latius propagari doleamus.

Atque ea quidem hoc loco minime nos singillatim enumerando recensebimus, quoniam et vulgo satis nota et bonorum omnium lacrymis deplorata sunt, satisque praeterea exposita a nobis duabus Allocutionibus Consistorialibus fuerunt, quarum alteram habuimus die 16. Martii, alteram die 11. Julii a. 1808. quaeque ut ad notitiam publicam perveniant, quatenus in hisce nostris angustiis licuit, opportune providimus. Ex iis cognoscent omnes, totaque videbit posteritas, quae de tot, tantisque ausibus Gallicani Gubernii in rebus ad Ecclesiam spectantibus mens ac sententia nostra fuerit; agnoscent, cuius longanimitatis, patientiaeque fuerit, quod tamdiu siluerimus; quoniam proposito nobis amore pacis, firmaque concepta spe, fore, ut tantis malis remedium tandem ac finis imponeretur, de die in diem apostolicam nostram palam extollere vocem differebamus. Videbunt, qui labores, quae curae nostrae fuerint, quamque agendo, deprecando, obtestando, ingemiscendo numquam conari cessaverimus, ut illatis Ecclesiae vulneribus medela adhiberetur, ac ne nova ei infligerentur, deprecaremur. Sed frustra exhaustae sunt omnes humilitatis, moderationis, mansuetudinis rationes, quibus huc usque studuimus iura partesque Ecclesiae apud il-

lum tueri, qui cum impiis in societatem consilii venerat de ea penitus destruenda, qui eo animo amicitiam cum illa affectaverat, ut facilius proderet, eius patrocinium simulaverat, ut securius opprimeret.

Multa saepe diuque sperare nos iussi fuimus, praesertim vero, cum nostrum in Galliam iter optatum expetitumque fuit, deinceps eludi expostulationes nostrae coeptae sunt callidis tergiversationibus, ac cavillationibus, responsisque vel ad rem ducendam, vel ad fallendum datis; nulla denique earum habita ratione, prout tempus maturandis consiliis contra sanctam hanc Sedem Christique Ecclesiam iamdiu initis constitutum appropingvabat, tentari nos, vexarique semper et numquam non aut immodicis aut captiosis petitionibus, quarum genus satis superque ostendebat, duobus aeque huic S. Sedi et Ecclesiae funestis et exitialibus alterutrum spectari: nempe ut aut iis assentientes ministerium nostrum turpiter proderemus, aut si abnueremus, inde causa aperte nobis inferendi belli desumeretur. At, quoniam nos iis petitionibus contradicente conscientia adhaerere minime potuimus, en inde revera obtenta ratio, militares copias in sacram hanc Urbem hostiliter immittendi; en capta arx S. Angeli, disposita per vias, per plateas praesidia; aedes ipsae, quas incolimus, Quirinales magna peditum equitumque manu, bellicisque tormentis minaciter obsessae. Nos autem a Deo, in quo omnia possumus, confortati, officiique nostri conscientia sustentati, hoc repentino terrore ac bellico apparatu nihil admodum commoveri, aut de statu mentis deiici passi sumus. Pacato aequabilique, quo par est, animo statas ceremonias ac divina mysteria obivimus, quae sanctissimi illius diei solemnitati conveniebant. Neque vero eorum quidquam aut metu aut oblivione aut negligentia omisimus, quae muneris nostri ratio in illo rerum discrimine postulabat. Memineramus cum S. Ambrosio, Naboth sanctum virum possessorem vineae suae interpellatum petitione regia, ut vineam suam daret, ubi Rex succisis vitibus olus vile sereret, eundem respondisse: absit, ut ego patrum meorum tradam haereditatem. Multo hinc minus fas esse nobis iu-

dicavimus, tam antiquam ac sacram haereditatem (temporale scilicet sanctae huius Sedis dominium, non sine evidenti Providentiae Divinae consilio a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris tam longa seculorum serie possessum) tradere, aut vel tacite assentiri, ut quis urbe principe orbis catholici potiretur, ubi perturbata destructaque sanctissima regiminis forma, quae a Jesu Christo Ecclesiae sanctae suae relicta fuit, atque a sacris canonibus Spiritu Dei conditis ordinata, in eius locum sufficeret Codicem non modo sacris canonibus, sed evangelicis etiam praeceptis contrarium atque repugnantem, inveheretque, ut assolet, novum huiusmodi rerum ordinem, qui ad consociandas confundendasque sectas superstitionesque omnes cum Ecclesia Catholica manifestissime tendit.

Naboth vites suas vel proprio cruore defendit. Num poteramus nos, quidquid tandem eventurum esset nobis, non iura, possessionesque S. R. Ecclesiae defendere, quibus servandis, quantum in nobis est, solemnis iurisiurandi nos obstrinximus religione? vel non libertatem Apostolicae Sedis cum libertate atque utilitate Ecclesiae universae adeo coniunctam vindicare? Ac quam magna revera sit temporalis huius Principatus congruentia et necessitas ad asserendum Supremo Ecclesiae Capiti tutum ac liberum exercitium spiritualis illius, quae divinitus illi toto orbe tradita est, potestatis: ea ipsa, quae nunc eveniunt, (etiamsi alia deessent argumenta) nimis iam multa demonstrant. Quamobrem etsi supremi huius Principatus neque honore, neque opibus, neque potestate unquam nos oblectavimus, cuius scilicet cupiditas et ab ingenio nostro, et ab Instituto sanctissimo, quod ab ineunte aetate inivimus, semperque dileximus, abhorret quam maxime: obstringi tamen officii nostri debito plane sensimus, ut ab ipsa die 2. Februarii a. 1808. tantis licet in angustiis constituti, per Cardinalem nostrum a Secretis Status solemnem protestationem emitteremus, qua tribulationum, quas patimur, causae paterent publice et iura Sedis Apost. integra, intactaque manere nos velle declararetur.

Quum interea nihil minis proficerent invasores, aliam sibi nobiscum esse ineundam rationem statuerunt. Lento quodam licet molestissimo atque adeo crudelissimo persecutionis genere nostram paulatim debilitare constantiam aggressi sunt, quam subito terrore infringere minime potuerant. Itaque nobis in hoc Palatio nostro tamquam in custodia detentis vix ullus a postridie Kalendas Februarii intercessit dies, quem nova aliqua aut huic S. Sedi iniuria, aut animo nostro illata molestia non insigniverit. Milites omnes, quibus ad ordinem disciplinamque civilem servandam utebamur, nobis erepti, Gallicis copiis admixti; custodes ipsi nostri corporis lectissimi nobilesque viri in Romanam arcem detrusi, diesque inibi plures detenti, tum dispersi dissolutique; portis locisque Urbis celebrioribus praesidia imposita; diribitoria literarum ex typographea omnia, praesertim nostrae Camerae Apost. et Congregationis de Propaganda fide, militari vi arbitrioque subiecta, nobis propterea, quae vellemus, aut vulgandi typis aut alio perscribendi libertas adempta; rationes administrationis iustitiaeque publicae perturbatae; atque impeditae; sollicitati fraude, dolo, quibusvis malis artibus subditi ad conflandas copias civicorum militum nomine nuncupatas, et in legitimum principem rebelles, et e subditis ipsis audacissimi quique et perditissimi Gallico Italoque lemnisci tricoloris insigni donati et tamquam clypeo protecti impune huc illuc nunc coacta manu, nunc soli grassari, et in quaevis flagitia contra Ecclesiae Ministros, contra Gubernium, contra omnes bonos erumpere aut iussi aut permissi; ephemerides, seu, ut aiunt, folia periodica, frustra reclamantibus nobis, typis Romae imprimi et in vulgus exterasque regiones emitti coepta, iniuriis identidem, dicteriis, calumniis, vel in Pontificiam potestatem dignitatemque referta. Nonnullae declarationes nostrae, quae maximi momenti erant, et aut manu ipsa nostra aut administri signatae et nostro iussu affixae ad consueta loca fuerant, inde vilissimorum satellitum manu, indignantibus ac ingemiscentibus bonis omnibus, avulsae, discerptae, proculcatae; iuvenes incauti aliique cives in suspecta conventicula legibus aeque civilibus atque ecclesia-

sticis sub poena etiam anathematis a praedecessoribus nostris Clemete 12. et Benedicto 14. prohibita severissime, invitati, adlecti, cooptati; Administri et Officiales nostri complures tum urbani, tum provinciales, integerrimi, fidissimique vexati, in carcerem coniecti, procul amandati; conquisitiones chartarum, scriptorumque omnis generis in secretis Pontificiorum Magistratuum conclavibus, ne excepto quidem primi Administri nostri penetrali, violenter factae; tres ipsi primi Administri nostri a Secretis Status, quorum alterum alteri sufficere coacti fuimus, ex ipsis nostris aedibus abrepti; maxima demum S. R. E. Cardinalium, collateralium scilicet ac cooperatorum nostrorum, pars e sinu ac latere nostro militari vi avulsa, atque alio deportata. Haec sane aliaque non pauca contra ius omne humanum atque divinum ab invasoribus nefarie attentata, audacissimeque perpetrata, nimis notoria sunt vulgo, quam ut in iis enarrandis explicandisque opus sit immorari.

Neque nos omisimus, ne connivere, aut quoquomodo assentiri videremur, de singulis acriter fortiterque pro muneris nostri debito expostulare. Tali modo omnibus nos iam ferme et dignitatis ornamentis, et praesidiis auctoritatis spoliati, omnibus adiumentis ad explendas officii nostri, inprimisque sollicitudinis omnium Ecclesiarum partes necessariis destituti, omni demum iniuriarum, molestiarum, terrorum genere vexati, excruciati, oppressi, atque ab utriusque nostrae potestatis exercitio quotidie magis praepediti post singularem exploratamque Dei O. M. Providentiam, fortitudini nostrae, administrorum, qui supersunt, prudentiae, subditorum nostrorum fidelitati, fidelium denique pietati debemus unice, quod earum ipsarum potestatum simulacrum quoddam ac species aliqua hactenus remanserit. At si ad vanam atque inanem speciem temporalis nostra in alma hac Urbe finitimisque provinciis potestas redacta fuerat, in florentissimis Urbini, Marchiae et Camerini provinciis nobis fuit per hoc tempus penitus sublata. Ut manifestae huic sacrilegaeque tot statuum Ecclesiae usurpationi solemnem protestationem opponere, sic contra iniusti illegitimique Gubernii seductiones carissimos subditos nostros praemunire, data Ven. fra-

tribus nostris earum Provinciarum Episcopis instructione, non praeterimisimus. Gubernium autem ipsum quam non est cunctatum, quam festinavit ea factis comprobare, ac testata facere, qnae in instructione illa ab eius esse religione expectanda praenunciavimus! Occupatio, direptioque Patrimonii Jesu Christi, abolitio Religiosarum domorum, eiectio ex claustris Virginum sacrarum, profanatio templorum, froena licentiae passim soluta, contemtus Ecclesiae disciplinae sanctorumque canonum, promulgatio Codicis aliarumque legum non modo sanctis ipsis canonibus sed evangelicis etiam praeceptis ac divino iuri adversantium, depressio ac vexatio Cleri, Sacrae Episcoporum potestatis laicali potestati subiectio, vis eorum conscientiae multimodis illata, violenta denique eorum a Cathedris suis eiectio et asportatio, aliaque huius generis ausa nefaria atque sacrilega contra libertatem, immunitatem, et doctrinam Ecclesiae in nostris illis provinciis aeque admissa statim, ut pridem in aliis locis omnibus, quae in potestatem eius Gubernii venerant: haec, haec praeclara nimirum sunt pignora, haec illustria monumenta mirifici illius studii in Catholicam Religionem, quod necdum desinit iactitare ac polliceri!

Nos vero tot amaritudinibus ab iis, a quibus minus exspectare talia debebamus, iamdin repleti, omniqne prorsus ratione conflictati, non tam praesentem nostram, quam futuram persecutorum vicem dolemus. Si enim nobis propter increpationem et correptionem Dominus modicum iratus est, sed iterum reconciliabitur servis suis. At qui inventor malitiae factus est in Ecclesiam, is quomodo effugiet manum Dei? Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, fortioribus autem fortior instat cruciatio. (Machab. II. 7, 31. — Sap. 6, 8. —) Atque utinam possimus quocunque vitae nostrae etiam dispendio aeternam persecutorum nostrorum, quos semper dileximus, quos diligere ex animo non cessamus, perditionem amoliri, salutem procurare! Utinam liceret nobis ab illa caritate, ab illo spiritu mansvetudinis, ad quem nos natura comparavit, voluntas exercuit, numquam discedere, et in posterum etiam, ut ha-

ctenus fecimus, pareere virgae, quae nobis in persona beatissimi Petri Apost. Priucipis ad correctionem punitiouemque deviatarum et eontumacium ovium, et ad aliorum exemplum terroremque salutarem simul cnm custodia universi Domini gregis data est. Sed iam nou est lenitati locus. Tot saue ausa quo spectent, quid sibi velint, quo evasura sint tandem, uisi iis satis mature eo, qno fieri potest, modo occurratur, neminem, nisi qui sponte coecutiat, latere iam potest. Nemo item non videt ex altera partè, nullam prorsus spem esse reliquam, fore aliquaudo, ut eorum auctores aut admonitionibus consiliisque sanari, aut precibus et expostulationibus placari Ecelesiae possint. His omnibus neque aditum iamdiu, neque auditum praebent, neque aliter respondent, quam iuiurias iniuriis cumulando. Ac fieri profecto non potest, ut Ecclesiae aut tamquam filii matri pareant, aut tamquam Magistrae discipuli auscultent ii, qui nihil non moliuntur, nihil non agunt, nihil non conautur, ut eam sibi tamquam Domini ancillam subiiciaut, subiectamque funditus evertant.

Quid igitur iam restat nobis, nisi socordiae ignaviaeque aut fortasse etiam desertae turpiter Dei causae incurrere notam velimus, quam ut terreua omni postposita ratione, abiectaque omni prudentia carnis, Evangelicum illud praeceptum exequamur: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Intelligent illi aliquaudo, imperio ipsos nostro ac throno lege Christi subiici; imperium enim nos quoque gerimus, addimus etiam praestantius, nisi vero aequum sit, spiritum carni, et coelestia terrenis cedere. (S. Greg. Naz.) Tot olim summi Poutifices doctrina et sanctitate praestautes ob unum etiam quandoque vel alterum ex iis criminibns, quae anathemate a sacris canonibus plectuutur, sic exigente Ecclesiae causa contra Reges ac Principes contumaces ad hoc extremum desceuderuut. Verebimurne nos eorum exemplum tandem sequi post tot facinora, tam nefaria, tam atrocia, tam sacrilega, tam ubique cognita, tam omnibus manifesta? Nonne nobis verendum est magis, ne iure ac merito accusemur, qui vero id nimis, quam quod aut temere aut praecipitanter, fecerimus, praesertim

quum postremo hoc, et omnium quotquot hucusque contra temporalem nostrum Principatum patrata sunt, gravissimo ausu admoneamur, integrum liberumque nobis non fore amplius, ut huic tam gravi tam necessario Apostolici Ministerii nostri debito satisfaciamus? Hinc auctoritate omnipotentis Dei, et SS. App. Petri et Pauli, et nostra declaramus, eos omnes, qui post almae huius urbis, et Ditionis Ecclesiasticae invasionem, sacrilegamque b. Petri Principis Apostolorum Patrimonii violationem a Gallicis copiis attentatam peractamque ea, de quibus in supradictis duabus Allocutionibus Consistorialibus, pluribusque protestationibus et reclamationibus iussu nostro vulgatis conquesti fuimus, in praefata urbe et ditione ecclesiastica contra eccles. immunitatem, contra ecclesiae atque huius S. Sedis iura vel temporalia, vel eorum aliqua perpetrarunt, nec non illorum mandantes, fautores, consultores, adhaerentes, vel alios quoscunque praedictorum executionem procurantes, etiam per se ipsos exequentes — maiorem excommunicationem aliasque censuras ac poenas ecclesiasticas a ss. canonibus, Apost. Constitutionibus, et Gener. Conciliorum Tridentini praesertim Sess. 22. cap. 4. decretis inflictas incurrisse, et, si opus est, de novo excommunicamus et anathematisamus. — — —

Dum vero Ecclesiae severitatis gladium evaginare cogimur, minime tamen obliviscimur tenere nos licet immerentes eius locum in terris, qui cum etiam exerit iustitiam suam, non obliviscitur misereri. Quare subditis inprimis nostris, tum universis populis christianis in virtute sanctae obedientiae praecipimus et iubemus, ne quis iis, quos respiciunt praesentes literae, vel eorum bonis, iuribus, praerogativis damnum, iniuriam, praeiudicium aut nocumentum aliquod earumdem literarum occasione aut praetextu praesumat afferre. Nos enim in ipsos eo poenarum genere, quod Deus in potestate nostra constituit, animadvertentes, atque tot tamque graves iniurias Deo eiusque Ecclesiae sanctae illatas ulciscentes, id potissimum proponimus nobis, ut qui nos modo exercent, convertantur et nobiscum exerceantur. (S. Augst.) Si forte scilicet Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem (2. Tim. 2, 25.). Quare levantes

manus nostras in coelum in humilitate cordis nostri, dum Deo, cuius est potius quam nostra, iustissimam causam, pro qua stamus, iterum remittimus, et commendamus, iterumque gratiae eius auxilio paratos nos profitemur usque ad faecem pro eius Ecclesia calicem bibere, quem ipse prior pro eadem dignatus est: eum per viscera misericordiae suae obsecramus, obtestamurque, ut quas diu noctuque pro eorum resipiscentia ac salute orationes deprecationesque fundimus, ne despiciat atque aspernetur. Nobis certe nulla laetior illa, nulla iucundior illucescet dies, qua videamus, Divina nos exaudiente misericordia, filios nostros, a quibus tantae nunc proficiscuntur in nos tribulationum dolorisque causae, paternum in sinum nostrum confugere, et in ovile Domini regredi festinantes. — — —

Datum Romae apud S. Mariam Maj. die 10. Junii 1809.

289.

Pius VII. ius nominandi Episcopos in Imperatore Gallorum tunc tantum se recogniturum, nominatisque canonicam institutionem impertiturum in literis ad Card. AEppum Mediolanensem Caprara anno 1809. missis declarat: si Imperator ea, quae adversus Ecclesiae potestatem attentavit, retractaverit. (Ex Ital.) *)

Pius VII. Wir haben in dieser Stadt am 19. l. M. einen von Ihnen am 19. Juli geschriebenen Brief erhalten, in welchem, wie Sie sagen, als Erzbischof von Mailand Sie uns den Wunsch Sr. Kais. Majestät zu erkennen gegeben, dass die zu den erledigten Kirchen in Frankreich schon ernannten Erzbischöfe und Bischöfe von uns die canonische Institution erhielten, indem Sie erklären, dass S. Maj. in den apostolischen Bullen keine Erwähnung der von ihm gemachten Ernennung verlange, wofern man in eben denselben nur nicht sage, dass wir dieses aus eigener Bewegung thun, oder irgend andere Gründe angeführt werden.

Sie selbst aber, wenn Sie diesen Antrag nur ein wenig überlegen, werden nicht umhin können, einzusehen, dass

*) *Pacca*, Memoiren. 3. B. Augsburg. 1835. p. 15.

dadnrch in Sr. Kais. Maj. das Recht anerkannt, und ihr die Ausübung der Ernennnng zugestanden würde; weil die kaiserliche Kanzlei, von welcher, wie Sie sagen, (indem Sie sehr wohl wissen, dass in der kathol. Kirche keine Minister des Cultus, welche ihre Autorität von der weltlichen Macht ableiten, anerkannt werden) das Ansuchen gemacht werden würde, in ihren Attributionen die Person Sr. Maj. repräsentirt, und in deren Namen und an deren Statt handelt. Aber nachdem schon so viele Nenerungen, gegen welche wir, wie Sie wissen, so oft nnd immer nmsonst reclamirt haben, eingeführt worden sind; nach den gegen so viele Geistliche ausgeübten Gewaltthätigkeiten; nach der Deportation so vieler Bischöfe, und des grössten Theils der Cardinäle, unter welchen letzten der Cardinal Pacca auf der Festung Fenestrelle gefangen gehalten wird; nach der Besetzung des Patrimoninms des heil. Petrus; nachdem wir in nnserm eigenen Pallast mit bewaffneter Macht angefallen, und von einem Ort znm andern geführt, wie Sie wissen müssen, und immer in strenger Haft gehalten worden sind, indem nns sogar die freie Mittheilnng mit den Bischöfen sebst, welche an einigen Orten nnr zu uns gelassen wurden, um uns in Gegenwart unserer Wächter zu begrüssen, und welchen an andern Orten der Zutritt zu uns völlig verhindert wurde, versagt worden ist; nachdem, sagen wir, so viele kirchenschänderische Attentate begangen worden sind, ohne von vielen andern, weil es zu lang wäre, zu sprechen, gegen welche Sie die von den allgemeinen Concilien so wie von den Constitutionen erlassenen Anathema kennen, denen gemäss wir nicht zu handeln nnterlassen haben, wie könnten wir das oben erwähnte Recht anerkennen, ohne wider Trene und Pflicht zn handeln, ohne nns mit uns selbst in Wiederspruch zu setzen, und ohne unter den Gläubigen ein allgemeines Aergerniss zu verursachen, welche glauben würden, die Ermüdung der erlittenen Leiden, oder die Furcht vor noch grösseren habe uns unsere Pflicht verrathen, und alles bisher von uns feierlich Verworfene durch eine öffentliche Handlung billigen machen? Erwägen

Sie es selbst, aber mit der Wage des Heiligthums, und nicht mit der einer weltlichen Klugheit.

Ohngeachtet eines solchen Standes der Dinge wünschen wir, wie Gott weiss, sehr inbrünstig den erledigten Kirchen Frankreichs, denen wir so viele Beweise unserer Vorliebe gaben, ihre Hirten wieder zu geben, und einen Ausweg zu finden, dieses auf eine den Umständen, unserer Würde und Pflicht angemessene Weise thun zu können. Aber sollten wir in einer Sache von solcher Wichtigkeit handeln, ohne unsere Räthe zu befragen? Und wie können wir diese um ihren Rath fragen, da wir gewaltsam von denselben getrennt sind, und uns alle Verbindung mit ihnen, und noch dazu jedes Mittel zur Abmachung solcher Geschäfte benommen ist, da wir bis jetzt nicht einmal einen unserer Secretäre haben erhalten können? Übrigens wenn Se. Maj. wirklich den Frieden der kathol. Kirche liebt, so ist es nothwendig, dass er sich mit deren Oberhaupte versöhne, dass er die Religionsneuerungen, gegen welche wir bis jetzt vergeblich reclamirt haben, aufhebe, dass er uns unsern Sitz und unsere Minister, dem apostolischen Stuhle seine Staaten, welche das Patrimonium des heil. Petrus und nicht das unsrige bilden, wiedererstatte, dass er den Gläubigen ihr unverletzliches Recht der freien Verbindung mit ihrem Vater und obersten Hirten, deren dieselben durch unsere Gefangenschaft beraubt sind, wiedergebe, dass er die Cardinäle wieder an unsere Brust, und die Bischöfe zu ihren Heerden zurückführe, und dann wird Alles zu der gewünschten Einigkeit zurückkehren.

Mitten unter dem Unheil unsrer peinlichen Lage hören wir nicht auf, Gott, in dessen Händen das Herz der Menschen ist, für den anzuflehen, welcher der Urheber so vieler Übel ist, und wir werden unsere Leiden reichlich belohnt glauben, wenn es dem Allerhöchsten gefallen wird, denselben uns zu bessern Rathschlägen bekehrt sehen zu lassen. Wenn dieses aber aus den verborgenen Rathschlüssen Gottes nicht geschehen sollte, so werden wir in unserm Herzen alle die Übel beklagen, die daraus folgen werden, und die mit Recht nicht uns zugeschrieben werden können,

und werden unsererseits nichts unversucht lassen, um denselben auf die bestmöglichste und erlaubte Weise abzuhelfen. Rücksichtlich derer, welche sagen, dass wir keinen Unterschied zwischen dem, was weltlich und was geistlich ist, machen, so haben Sie selbst hinlängliche Kenntniss von allem, um eine solche Verläumdung zu wiederlegen, und überdiess wissen Sie sehr gut, dass wir das Patrimonium der Kirche nicht unvertheidigt lassen können, ohne wesentlich unsere Pflichten zu verletzen, und ohne meineidig zu werden. — — Savona, den 26. Aug. 1809.

290.

Pius VII. Cardinalem Maury Eppum Montisfalisci graviter obiurgat, quod nominationem in AEppum Parisiensem ab Imperatore Gallorum factam in obversum Pontificiae declarationis acceptaverit, seque ipsum per Capitulum Parisiense in Administratorem Capitularem vacantis AEppatus eligi siverit. a. 1810. *)

Pius VII. Literae tuae quinque abhinc diebus a nobis acceptae, in quibus de tua in Archiepiscopum Parisiensem nominatione, deque suscepta illius Dioecesis administratione nos certiores reddidisti, tantum doloris cumulum ceteris nostris miseriis addiderunt, quantum vix moderate ferre, nullo autem modo explicare valemus. Postquam enim optime noveras nostram ad Cardinalem Caprara tunc AEppum Mediolanensem epistolam, in qua gravissimas causas recensuimus, quibus omnino vetabamur, Episcoporum nominationes rebus sic permanentibus ab Imperatore recipere; postquam noveras, res in eadem conditione non modo permanere, verum etiam in deteriores partes auctas, et continenter cum solenni clavium contemtu in peius augeri, quoniam generalis Regularium utriusque sexus suppressio, parochiarum et episcopatuum dissectiones, uniones, concentrationes et finium assignationes ne ipsis quidem Episcopatibus suburbicariis exceptis, et omnia haec ex imperiali tantum et civili

*) *Batz*, und *Brenner*, theologische Zeitschrift. 10. B. p. 435.

decreto in Italia exinde ausa et attentata sunt, ut de eo, quod actum est adversus clerum Romanae Ecclesiae aliarum Ecclesiarum matris et magistrae, deque plurimis aliis sileamus; postquam, dicimus, haec omnia ac singula tibi nota et manifesta erant: numquam putabamus fieri posse, ut praefatam nominationem ab Imperatore exciperes, eaque animi laetitia annunciare, ac si nil tibi gratius et optatius accidere potuisset. Itane igitur mutatus ab eo es, qui in deterrimis Gallicanae Ecclesiae temporibus adeo laudabiliter ac strenue pro Catholicae Ecclesiae causa dixisti, dum modo amplissimis ornatus cumulatusque beneficiis et iurisiurandi religione adstrictus, Ecclesiae dignitatem contemnentium particeps fieri non verearis? Itane auctoritas nostra apud te parum valuit, ut hoc publico facto sententiam quodammodo ferres, adversus nos, quibus obsequi et adhaerere debeas? Ast vero magis magisque animo angimur, ex eo, quod Archiepiscopatus administratione a Capitulo emendicata ad alterius Ecclesiae regimen auctoritate propria et inconsultis nobis temetipsum transtulisti, neque imitatus es praeclarum exemplum Cardinalis Fesch AEppi Lugdunensis, qui habita ad eundem Parisiensem Episcopatum nominatione adeo laudabiliter duxit a spirituali Ecclesiae administratione vel ipso suffragante Capitulo sibi omnino abstinendum fuisse. Mittimus enim inauditum a seculo esse, ut ad Episcopatum nominatus ante canonicam institutionem per vota Capituli ad Ecclesiae gubernationem advocetur; mittimus (utrum autem ita fuerit, tu optime nosti) Vicarium Capitularem antea electum non minis, mutu aut pollicitationibus, sed sua sponte et prorsus libere muneri suo renunciasse et subinde electionem tuam fuisse liberam, unanimem et regularem; mittimus quaerere, utrum quis eidem muneri obeundo idoneus in gremio capitulari reperiretur: quid tandem agitur? scilicet agitur de novo in Ecclesiam eoque pessimo exemplo inducendo, propter quod civilis potestas eo paulatim perveniet, ut in vacantium sedium administrationem instituat, quos sibi libuerit; quod cum libertati ecclesiasticae officere, tum invalidis electionibus et schismati latam sternere viam nemo est, qui non videat. Praeterquam quod

a spirituali vinculo, quo Ecclesiae Montiafalisci devinctus es, quisnam te dissolvit? aut quisnam tecum dispensavit, ut a Capitulo eligi posses et alterius Ecclesiae administrationem suscipere? Eam igitur administrationem ut statim dimittas, non imperamus modo, sed etiam precamur et obtestamur, paterna urgente caritate, qua te prosequimur, ne inviti ac dolentes ex statuto Canonum procedere cogamur. Quid praescripserint adversus eos, qui cum Ecclesiae praefecti antequam a priori vinculo solvantur, alterius Ecclesiae administrationem suscipiunt, apud omnes perspectum est. Id vero te libenter facturum speramus, dum probe animo adverteris, quantum Ecclesiae dignitati tuo huiusmodi exemplo noceas. Haec tibi scribimus summa libertate, ut auctoritas nostra postulat, quae si tu non aliter accipias, atque a nobis scripta sunt, praecipuum amoris argumentum hisce literis nostris nos tibi praebuisse cognosces. Interea non cessabimus Deum praecari, ut procellas adversus naviculam Petri adeo furentes in ventis imperio suo sedare, nosque in littus optatum, unde munere nostro libere fungi possimus, restituere tandem velit. Tibi vero apostolicam benedictionem ex animo impertimur. Datum Savonae 5. Nov. 1810.

291.

Pius VII. Episcopis Galliae in Synodo Nationali Parisiis congregatis rescribens die 20. Sept. 1811. articulos Synodi de nominatis per Gubernium Episcopis a Metropolitano vel Seniore Provinciae Eppo canonice instituendis, sibi propositos ratihabet. (Ex Gall.) *)

Pius VII. Unsern geliebten Söhnen, den Cardinälen der heil. römischen Kirche, wie unsern ehrwürdigen Brüdern, den zu Paris versammelten Erz- und Bischöfen unsern Gruss und apostol. Segen. Von dem Augenblicke an, wo ungeachtet der Unzulänglichkeit unserer Verdienste die

*) Fragmens relatifs a l' histoire ecclesiastique des premiers années du 19. Siecle. Paris 1814. — Beiträge zur Geschichte der kath. Kirche im XIX. Jahrhundert. Heidelberg. 1818. p. 183.

Vorsehung uns auf den päpstlichen Stuhl erhoben hat, haben wir stets mit väterlicher Sorgfalt den Kirchen, welche das Unglück gehabt hatten, ihre Bischöfe zu verlieren, würdige und gute Hirten zu geben gesucht. Es ging uns nahe und fiel unserm Herzen sehr schwer, in den letzten Zeiten, aus Gründen, deren Anführung hier überflüssig wäre, unsere Wünsche nicht vollständig erfüllen zu können. Gott hat in seiner Güte zugelassen, dass mit Zustimmung unseres geliebtesten Sohnes Napoleons I. Kaisers der Franzosen und Königs von Italien vier Bischöfe sich zu uns begeben, und uns ehrerbietigst gebeten haben, für die Kirchen Frankreichs und Italiens, welche ihrer Hirten beraubt sind, zu sorgen, und selbst die Art und Weise nebst den Bedingungen, um zum Abschlusse einer so wichtigen Angelegenheit zu gelangen, zu bestimmen. Wir haben diese ehrwürdigen Brüder mit dem Wohlwollen und der väterlichen Zuneigung empfangen, welche sie von uns zu erwarten berechtigt waren; wir haben ihnen unsere Gesinnungen zu erkennen gegeben, und sie mit der Hoffnung entlassen, dass sie nach ihrer Rückkehr zu Paris durch Befolgung unserer Instructionen eine allgemeine Vereinbarung würden bewirken können. Demüthig sagen wir Gott dem Allmächtigen Dank, der unsere Gebete erhört, und in seiner Barmherzigkeit die glückliche Erfüllung unserer Wünsche begünstigt hat. Einer neuen Autorisation unsers geliebtesten Sohnes Napoleons I. zufolge sind fünf Cardinäle der heil. röm. Kirche, und unser ehrwürdiger Bruder der Erzbischof von Edessa unser Almosenier bei uns eingetroffen. Ausserdem haben drei von euch abgeordnete Erzbischöfe und fünf Bischöfe uns das Schreiben zugestellt, das ihr am 5. August d. J. erlassen habt, und das von vielen Cardinälen der heil. röm. Kirche, Erzbischöfen und Bischöfen unterzeichnet ist. *)

*) Epistola Concilii Nationalis Parisiensis ad Summum Pontificem sequentis erat tenoris: Heiligster Vater! Die Umstände und Beweggründe, welche den Kaiser bestimmt haben, ein National-Concilium zusammenzuberufen, sind Ew. Heil. bekannt. Se. Maj. haben, lebhaft

Sie haben uns einen genauen Bericht über das, was in der am 5. Aug. 1811. zu Paris abgehaltenen allgemeinen Versammlung vorgefallen ist, abgestattet, und uns ehrfurchtsvoll gebeten, unsere Einwilligung dazu zu geben. Nach reiflicher Prüfung haben wir eine wahre Freude empfunden, als wir wahrnahmen, dass ihr im vollkommensten Einverständniss unter einander unsern Gesinnungen und Absichten entsprochen, und was wir früher genehmigt und festgesetzt hatten, in fünf Artikeln abgefasst habt. Nach dem Beispiele so vieler eurer verdienstvollen Vorgänger in dem Episcopat, die es würdig waren euch als Muster zu dienen, habt ihr sowohl in eurer allgemeinen Versammlung, als durch eure Deputirten eure Bitten an uns gerichtet, um uns zu bewegen, alles auf eine feierliche Weise zu bestätigen. Man kann bei Durchlesung des eben angeführten Briefes an euren gu-

---

von den Uebeln gerührt, welche sowohl für die Religion, als für die öffentliche Ordnung, aus der Erledigung einer grossen Zahl von Kirchen hervorgehen, sich mit Auffindung der Mittel zur Abhülfe beschäftigt. Zu diesem Ende hat der Kaiser, nachdem er einige nach Paris berufene Bischöfe zu Rathe gezogen hatte, vier derselben erlaubt, sich zu Ew. Heil. zu begeben, um ihnen die Lage, die Bedürfnisse und die Wünsche der gesammten Geistlichkeit und aller Gläubigen seines Reichs vorzutragen. Die Zusammenberufung eines National-Conciliums ist ein neuer Beweis von dem Eifer des Kaisers für die Interessen der Religion und seiner Achtung für die canonischen Formen. Es war, heil. Vater, unsre Pflicht, die Absichten eines Souveräns zu unterstützen, welcher den Anfang seiner Regierung mit der Wiederherstellung der kathol. Religion in Frankreich bezeichnet hat, und welcher deren Erlöschung befürchtet, wenn nicht Massregeln ergriffen werden, um den erledigten Kirchen Oberhirten zu geben. Bei der jetzigen Lage der Dinge reichte es nicht mehr hin, für das Bedürfniss des Augenblicks zu sorgen. Die Umstände verlangten gebieterisch eine Einschreitung, welche

ten Gesinnungen nicht zweifeln. Ihr habt euch auf das Umständlichste gegen uns über die ganze Angelegenheit geäussert, und uns dabei mit kindlicher Liebe eure unwandelbare Anhänglichkeit an den Stuhl Petri, und jene ehrfurchtsvolle Ergebenheit zu erkennen gegeben, welche eure ältesten Vorgänger als Erbtheil euch hinterlassen haben.!

Wir finden es angemessen, jene uns von euch vorgelegten fünf Artikel hier wörtlich aufzunehmen; sie lauten wie folgt: „1. In Gemässheit des Geistes der Canones, können die Erz- und Bisthümer nicht über ein Jahr lang, als längste Frist, erledigt bleiben; die Ernennung, die Institution, und die Consecration müssen binnen dieser Zeit Statt haben. 2. Der Kaiser soll gebeten werden, fortzufahren, in Gemässheit der Concordate zu den erledigten Kirchen zu ernennen, und die von dem Kaiser Ernannten sollen sich

---

geeignet war, für die Zukunft unsern Kirchen die ununterbrochene Fortdauer des Episcopats zu sichern, und der Rükkehr jener endlosen Erledigungen vorzubeugen, die, wir können und dürfen es aus Erfahrung sagen, sehr verderblich für die Kirchendisciplin sind. Während unserer Berathschlagungen über die Mittel zur Erreichung dieses Zweckes haben wir nie unsere Schuldigkeit gegen den Stuhl des heil. Petrus, gegen den Mittelpunct der Einheit, gegen den gemeinschaftlichen Vater der Gläubigen, gegen das Oberhaupt der Bischöfe, aus den Augen verloren. Als Erben der Lehren und Gesinnungen, welche stets unsern Kirchen eigen gewesen, sind uns alle Bande theuer, welche uns an den apostolischen Stuhl knüpfen, und wir hoffen, dass Ew. Heil. einen neuen Beweis davon in dem von uns erlassenen Decret finden werden; dasselbe gründet sich auf die Ansichten, welch Ew. Heil. gegen die Bischöfe, welche vor 3 Monaten die Ehre gehabt, sich zu Ihnen zu begeben, geäussert haben, und welche in einem unter Ihren Augen entworfenen Aufsatze niedergelegt sich befinden, welchen sie mit Erlaubniss Ew. Heil. ihnen in Abschrift zurückgelassen haben. Se. Maj. haben zu

wegen der canonischen Institution an unsern heil. Vater den Papst wenden. 3. Binnen 6 Monaten, nach der dem Papste auf dem herkömmlichen Wege von der geschehenen Ernennung gemachten Notification, wird der Papst in Gemässheit der Concordate die canonische Institution ertheilen. 4. Wenn diese 6 Monate verflossen sind, ohne dass der Papst die Institution bewilligt hat, soll der Metropolit, oder in dessen Ermanglung der älteste Bischof der kirchlichen Provinz zur Institution des ernannten Bischofs schreiten, und wenn es sich von der Institution des Metropoliten handelt, soll der älteste Bischof der Provinz dieselbe ertheilen. 5. Gegenwärtiges Decret soll der Genehmigung unsers heil. Vaters des Papstes vorgelegt, und zu diesem Ende Se. Maj. gebeten werden, zu erlauben, dass eine aus 6 Bischöfen bestehende Deputation sich zu Sr. Heil. begebe, um sie zu

---

gestatten geruht, dass neue Bischöfe sich aufs neue zu Ew. Heil. begeben, um Ihrer Genehmigung das Decret des Conciliums vorzulegen. Indem wir Ew. Heil. ehrerbietigst darum bitten, nehmen wir zugleich die Freiheit, Ihnen die achtungswürdigen und tugendhaften Prälaten, aus welchen diese zweite Deputation besteht, zu empfehlen. In jeder Hinsicht verdienen sie Ihre Güte und Ihr Vertrauen. Das ganze Concilium wird durch ihren Mund sprechen, wenn sie Ew. Heil. die unglückliche Lage unserer Kirchen und die Nothwendigkeit einer schnellen Abhülfe vortragen werden. Sie, heil. Vater, werden unsrer demüthigen Bitte nicht entgegen seyn, und die Hoffnung unserer Kirchen, dieses so bedeutenden, so wichtigen Theils der Heerde Jesu Christi, wir dürfen selbst sagen, die Hoffnung der ganzen kath. Welt, wird nicht getäuscht werden. Die Tugenden, welche Ew. Heil. auszeichnen, Ihre Einsichten, jene zärtliche und väterliche Sorgfalt, deren Wirkungen unsere jetzt so trostlosen Kirchen schon mehr als einmal empfunden haben, alles flösst uns das Zutrauen ein, dass Sie sich nicht weigern werden, authentisch ein Decret zu bestätigen, das nur Massregeln enthält,

bitten, ein Decret zu bestätigen, das allein den Uebeln, woran die Kirche des franz. Reichs und des Königreichs Italien leiden, ein Ziel setzen kann."

sere väterlichen Ermahnungen aufgeweckt, in der Ergebenheit gegen die Kirche und in Beschützung der kath. Religion Deinen Regierungsvorgehern nicht nachstehen, und nicht zugeben werdest, dass die Kirche noch länger unter jenen schweren Bedrückungen seufze, wodurch sie, wie Du nun siehst, in jenen Gegenden beinahe zum Untergange gebracht wird. Sollten aber diese Bedrängnisse noch länger fortdauern, wahrlich, so würden wir, um der Wohlfahrt der Kirche, und dem Heile der uns anvertrauten Seelen Fürsorge zu thun, nach dem Beispiele unserer Vorfahren, unser Amt gewiss nicht unthätig hintansetzen. Inzwischen wollen wir in Demuth unsers Herzens den Vater der Lichter und der Erbarmungen Tag und Nacht mit anhaltendem Gebete anflehen, damit er bei so wichtigen Angelegenheiten, die uns so vielen Kummer verursachen, Dich mit dem Lichte seiner Aufklärung erleichte, und durch seine Allmacht bewirke, dass du einsehen mögest, — wir müssen es noch einmal wiederholen, — Dein wahrer Ruhm und Dein Seelenheil sei unzertrennlich mit jenen Angelegenheiten verbunden. — Rom den 12. Febr. 1803.

296.

Breve ad AEppum Moguntinum dd. 8. Octobr. 1803. in quo Edicta civilia pro favore dissolvendorum matrimoniorum in Bavaria ac alibi perlata perstringuntur, ac una declaratur: causas matrimoniales ad Potestatem Ecclesiæ spectare, sententiamque laicorum tribunalium de nullitate connubiorum nullum in Ecclesia Catholica robur consequi posse. *)

Pius VII. Etsi Fraternitatis tuae literas die 16. Aprilis proxime elapsi ad nos scriptas iam pridem acceperimus, tamen iis hactenus respondere minime licuit tum propter multas easque gravissimas apostolatus nostri curas, quarum pondere in his praesertim temporum perturbationibus undique premimur, tum etiam propter magnitudinem gravitatem-

*) Athanasia, Zeitschrift für Pastoraltheologie. Neue Folge. IX. B. 2. Hft. Würzburg. 1839. p. 292.

que rerum, quas in iisdem contineri perspeximus. Quum enim exortas isthic quasdam non leves de matrimoniis referas quaestiones, ac de iis nostrum exquiras apostolicum iudicium, quo certam ac tutam regulam omnes unanimi sensu teneant: ut maturius in re tanti momenti deliberare possemus, adhibitis in consilium nonnullis veu. fr. S. R. E. Cardinalibus, eorumque non minus, quam aliquorum theologica scientia praestantium virorum exquisitis suffragiis, easdem coram nobis examinandas curavimus. Ceterum religionem zelumque tuum inprimis, tuamque in hanc S. Sedem observantiam effusis ac plane debitis prosequimur laudibus, quod ex veteri more, institutoque maiorum hanc Petri cathedram consulendam esse censueris, non ignarus, antiquis regulis sancitum fuisse, ut quidquid, quamvis in remotis et longinquo positis ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum esset, nisi ad notitiam almae Sedis nostrae fuisset deductum, ut huius auctoritate, iuxta quam fuisset pronunciatio, firmaretur, indeque sumerent ceterae ecclesiae, velut de naturali suo fonte, praedicationis exordium, et per diversas mundi regiones puritatis incorruptae manerent fidei sacramenta salutis.

Atque ut ad rem accedamus, illud primo nobis in praedictis tuis literis significasti, Electorem Palatinum die 8. Nov. anni proxime elapsi Monachii pro tota sua ditione dedisse mandatum, quo protestantium matrimoniorum dissolutionem, acatholicorum conventuum sententia decretam, ubique tamquam validam habendam esse, nullumque impedimentum parti ita solutae, si catholico vel catholicae nubere velit, interponendum esse; tum vero a Marchione Badensi idem quoque mandatum decreto diei 31. Jannarii curr. anni adoptatum fuisse tam pro terris Palatinatus inferioris ad tractum Rheni, quam pro reliqua tota sua provincia et ditione, ea tamen apposita conditione: parochum catholicum, ut secundis his nuptiis intersit, si suae religionis principiis id sibi vetitum iudicaverit, neutiquam esse cogendum, sed illas inire cupientibus liberum esse, sibi per acatholicum ministrum copulationem procurandi, atque ita coniunctos potestate civili, quin eorum conscientiae foro sese ullo modo

immisceat, quantum ad effectus civiles, fovendos tuendosque esse perinde ac si coram catholico parocho copulati fuissent; tum denique in eadem Badensi ditione ad istam Wormatiensem dioecesim pertinente exinde iam iterato contigisse, ut attentata per sententiam protestantici consistorii matrimonialis vinculi solutione partibusque in libertatem ad alia transeundi vota dimissis, harum una, vivente adhuc altera, novum matrimonium cum catholica parte inire contenderit, atque sacerdotalem benedictionem desuper expetierit. Porro, ut addebas, parochi anxio animo haerentes postulant, opportune instrui a te atque edoceri, quomodo in relatis similibusque casibus se gerere debeant. Quaerunt propterea primo: an tuta conscientia secundis illis nuptiis interesse possint? secundo: an, si hae coram ministro acatholico contrahantur, partem catholicam ad poenitentiae sacramentum accedentem absolvere, ad S. Eucharistiam admittere, prolemque inde nascituram, etiam quantum ad ecclesiasticos effectus, ut legitimam habere licite possint? De his autem concludebas ad nos scribere voluisse, ut controversias omnes facilius et tutius iudicio nostro praeciderentur, tum in ista dioecesi, tum in aliis quoque dioecesibus atque ditionibus, ad quas memoratas leges extendi contingeret, atque ut norma seu regula quaedam generalis praefigeretur, cuius ope Episcopi uniformi congruoque sensu de secundi matrimonii valore iudicium ferre, et parochi confessariique omnem hac super re conscientiarum perturbationem amovere et privatam publicamque quietem tueri possint ac valeant. Ut ergo super praedictis ex nostro apostolicao sollicitudinis ministerio tibi opportune et cumulate respondeamus, duo hic praemittenda esse duximus, quae sane totius rei sunt veluti prima capita, quaeque, ubi praesertim agitur de matrimoniis tum catholicorum cum haereticis, tum haereticorum inter se vel ineundis vel dissolvendis, semper prae oculis haberi debent.

Atque horum primum est: catholicorum cum haereticis connubia Ecclesiam Catholicam tamquam illicita, perniciosa et detestabilia perpetuo interdixisse et reprobasse; quod innumeris possemus Conciliorum, Summorumque Pon-

tificum decretis demonstrare, nisi abunde sufficerent ea, quae hac de re immortalis memoriae Pontifex Benedictus 14. praed. noster scripsit tum in encyclicis literis ad Poloniae Regni Primatem et Episcopos, tum in praeclaro suo opere de Synodo Dioecesana. Et licet in quibusdam regionibus propter locorum et temporum difficultatem eadem connubia tolerari contingat, id quidem ad eam referendum est aequanimitatem, quae nulla ratione approbationis et consensus cuiuspiam loco habenda sit, sed merae patientiae, quam ad maiora vitanda mala affert necessitas, non voluntas, quemadmodum haud ita pridem fel. rec. Pontifex Pius VI. Episcopis Vratislaviensi, Rosnaviensi, et Scepusiano rescripserat.

Alterum vero est: sententiam laicorum tribunalium et acatholicorum conventuum, a quibus praesertim matrimoniorum nullitas declaratur, eorumque vinculi attentatur dissolutio, nullum robur vimque prorsus nullam penes Ecclesiam consequi posse. Nam praeterquam quod ad Ecclesiasticos Judices privative spectat de huiusmodi causis iudicium ferre, prout est a Tridentina Synodo speciali canone sancitum, neminem latet, heterodoxorum consistoria in praefatis causis expendendis et diiudicandis eas ut plurimum causas pro vinculi coniugalis solutione praetexere, quae ab Ecclesia Catholica numquam acceptae, imo a sacrosanctis Ecclesiae Conciliis atque a Tridentino praesertim expresse improbatae sunt. Ex quo sane consequitur, sententias huiusmodi tum semper tamquam irritas ob iurisdictionis defectum in iudicibus, tum saepe etiam iniustas ob damnata momenta rationum, quibus innituntur, contemni ac reiici omnino debere. Verum cum contingere quandoque possit, ut ipsi coniuges a consistorio acatholico coniugii vinculo soluti sentiant, nullam vim inesse apud Ecclesiam Catholicam istiusmodi iudicio, atque idcirco percupiant eius auctoritate matrimonium solvere: operae pretium est, significare tibi, quomodo Judex Ecclesiasticus se gerere debeat. In hoc igitur instituendo iudicio curabit primum iudex ecclesiasticus, ut in conficiendis actis methodus illa, ordoque servetur, qui a praelaudato praedecessore nostro Benedicto 14.

in Constitutione, quae incipit: *Dei miseratione*, perspicue sapienterque praescribitur. Quodsi non ferat id rerum temporumque conditio, facultatem tibi ac per te Episcopis suffraganeis tuis communicandam hoc in casu ad quinquennium concedimus et impertimur, a praedicta methodo recedendi, sub his tamen duabus conditionibus: prima, ut numquam in tractatione similium causarum deficiat matrimonii defensor, qui ex officio matrimonii, de quo est quaestio, iura et robur seu validitatem secundum canonum praescripta tueatur; altera, ut, si acta iudiciali methodo propter horum temporum calamitates confici nequeant, extraiudicialibus saltem atque omni alio, quo fieri poterit, modo suppleatur, ita ut numquam desint clarae concludentesque rationes ad illustrandam confirmandamque rei veritatem omnino necessariae. Curandum etiam omnino est et summopere cavendum, ne in proferendo iudicio de nullitate aut validitate alicuius matrimonii iis index utatur inanibus rationum momentis, ex quibus passim acatholici pronunciant matrimoniale vinculum posse dissolvi. Haud unquam id tolerari potest, sed probandae sunt causae, quae concordi SS. Patrum sententia, Conciliorum ac Tridentini praesertim sanctionibus aptae iudicatae sunt ad nexus matrimonialis dissolutionem, quaeque sunt vel impedimentum dirimens, quod matrimonium praecesserit, nec dispensatione legitima fuerit relaxatum, vel conditiones, quae inter dirimentia impedimenta recenseri adhuc possunt, quaeque in pactum a coniugibus deductae, quae ipsius matrimonii substantiae opponuntur, quemadmodum eas in Calvinistarum praesertim matrimoniis interponi solere plurimi affirmant; qua de re egregie disserit Benedictus 14. in laudato opere de Synodo. Neque satis praeterea esset, unius duntaxat iudicii sententia totum hoc negotium absolvere. Ex memorata enim eiusdem Benedicti 14. constitutione decretum est, post primam sententiam matrimonii nullitatem decernentem ab ipsius matrimonii defensore interponendam esse appellationem, quae si deseratur per malitiam vel oscitationem vel collusionem defensoris, is, qui ex coniugibus non absoluto prius per duas sententias iudicio nuptias celebrare ausus fuerit, iis poenis plectatur, quae adversus

eos, qui matrimonium contra interdictum ecclesiae contrahunt, statutae sunt, ac praesertim a cohabitatione alterius coniugis separetur, quoadusque altera sententia praecedentis confirmatoria super nullitate matrimonii emanaverit.

Quae hactenus disseruimus, eo praesertim spectant, ut, cum de matrimonii nexu dissolvendo agitur, posthabita neglectaque acatholici consistorii sententia, qualiscunque ea fuerit, novum atque integrum a iudicibus ecclesiasticis rite iudicium instruatur ac conficiatur. Restat nunc alia perpendere quaestionum capita, quae tuis literis nobis proposuisti. Quaerebas, quid agendum sit a parochis catholicis, cum aliquis ex conjugibus per sententiam consistorii acatholici solutus a priori matrimonio ac suae libertati restitutus, si velit cum catholico aut catholica nubere, possitne parochus his nuptiis assistere et benedictionem nuptialem impertiri, quod bis tentatum fuisse in ipsa dioecesi narrabas? At tu ipse ea, qua praestas, sapientia vides, ven. frater, gravissimum commissuros scelus, summque sacrum ministerium prodituros esse eos parochos, qui has nuptias sua praesentia probarent, suaque benedictione firmarent. Neque enim illae nuptiae dicendae sunt, sed potius adulterina connubia. Perstat enim immotumque manet impedimentum ligaminis ex vinculo prioris matrimonii, quod per sententiam acatholici consistorii relaxari ac dissolvi non potuit; quo durante ac persistente impedimento, si vir foeminae coniungitur, adulterium est. Quapropter suavibus verbis ac blandis et efficaci sermone potius a parocho adhortandus est coniux ille, ne tantum facinus committat, ac ne contra Dei legem peccet, quam idem ab ipso mundi primordio tulit dicens: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Quodsi propositi tenax morigerum se parochi monitis praebere renuat, et turpi adulterio cum coniuge acatholica copuletur, sitque aleae ac periculi plenum, ipsique religioni fortasse noxium, ulterius obsistere et contraniti: silere quidem et tolerare tam immane facinus parochus poterit, numquam vero vel copulationi interesse, multo minus benedictionem impertiri. Jubeat, increpet, minetur laica potestas: obedire magis Deo oportet, quam hominibus. Sacerdos Dei (verbis utimur divi Cypri-

ani) Evangelium tenens et Christi praecepta custodiens occidi potest, vinci non potest. Hanc in parochis tuis constantiam te auctore et vindice minime defuturam nobis in Domino pollicemur. Verumtamen oportet, quemadmodum abs te, Ven. frater, petimus et enixe efflagitamus, ut eos erigas, doceas atque horteris, ne ut decet ministros Christi et fideles dispensatores mysteriorum Dei, sancta canibus proiiciant; atque propterea numquam sceleslis hisce nuptiis sese immisceant, imo etiam si catholicum conjugem suae professionis oblitum apud ministrum acatholicum palam et publice se copulare faciat, quoniam istud peccatum publicum ac notorium cum maxima bonorum offensione evasurum esset, illum posthabita omnis temporalis iacturae formidine a sacramentorum participatione reiicere, prolemque ex adulterio suscipiendam quoad effectus ecclesiasticos tamquam adulterinam habere et recognoscere teneutur. Neque vero nos quae afferuntur pericula terrent, neque ab iis Principibus, qui in istis regionibus tuo spirituali regimini concreditis imperant, quidquam formidamus, quod Parochos Christique sacerdotes in eas adigant angustias, ut vel suo muneri desint, vel Principis indignationem incurrant. In ditione Badensi eo edicto, cuius ab initio meminimus, vis nulla infertur parochorum conscientiae, si novis nuptiis illorum coniugum, qui a consistorio acatholico prioris matrimonii vinculo sunt liberati, interesse nolint; in Bavarica aut Palatina quamvis asperius quidquam sit hac de re mandatum, haud tamen parochis catholicis praeceptum est, ut novis nuptiis intersint, easque sua benedictione confirment. Speramus autem Ser. Bavariae Ducem Catholicum egregiae indolis Principem suomet ingenio ac tuis etiam precibus hortationibusque adductum iri, ut saniora hac de re consilia suscipiat. Veremur potius, parochorum constantiam labefactari posse ab ea opinandi libertate, quae passim nunc serpit, ac plurimorum mentes corrumpit atque a servandis sanctissimis Ecclesiae legibus et praesertim huius Ap. Sedis constitutionibus abripit ac divertit. In hac ipsa, de qua agimus, causa tres inquis esse Theologorum ac Jurisperitorum sententias, diverso tamen iure subnixas, quae conciliandis

his novis nuptiis cum parochorum catholicorum praesentia favent ac suffragantur. Alii sentiunt, haereticorum matrimonia sacramenta non esse, sed civiles tantum contractus, atque adeo perpetui ac indissolubilis vinculi lege non teneri. Alii haereticos autumant Ecclesiae haud esse subiectos neque suis legibus obnoxios, quin possint ad alia vota transire, si publica consistorii auctoritate a prioris matrimonii vinculo liberentur. Alii demum tuentur, haereticorum matrimonia coram ministro haeretico inita insito quodam nullitatis vitio infici, ac proinde si iterum nubant coram parocho catholico aut inter se aut cum catholico coniuge, hoc secundum matrimonium uti validum esse agnoscendum. Operae pretium ducimus delibare aliqua ad has opiniones refutandas et eliminandas; nam omnia persequi neque nostri instituti est, neque tuam doctrinam et iuris canonici peritiam fugere potest, quanta sit illarum opinionum vel perversitas vel fallacia.

Quod enim eos attinet primo loco memoratos, praetermissa quaestione illa, de qua nihil modo statuere volumus, an haereticorum coniugia coram ministro acatholico contracta sacramenta sint nec ne? illud certe, quod ad rem pertinet, exploratum est, coniugale foedus a prima sui institutione, antequam ad Sacramenti dignitatem elevaretur, divino iure indissolubile prorsus perpetuumque exstitisse, quemadmodum egregie observasse Patres Tridentinos in doctrina de Sacr. Matr. ipsemet Benedictus 14. luculenter ostendit. Et licet talis indissolubilitas matrimonii vinculo conveniat maxime, quatenus est sacramentum, tamen id etiam, quatenus est naturae officium, convenit, ut dissolvi non possit, et prolis educandae studio et aliis matrimonii bonis repugnat, ut eius vinculum sit dissolubile, quemadmodum Catechismus eiusdem Concilii Tridentini iussu editus disertis verbis nos edocet. Sed quid dicendum erit de illorum sententia, qui iactant, haereticos Ecclesiae legibus nequaquam subiici, atque inde posse illos novo coniugii foedere copulari, si primum publicae auctoritatis iudicio solutum fuerit, praepostere inferunt? adversus illam clamant Scripturae, Concilia, traditio denique universa. Omnium in-

star sit Tridentina Synodus, quae Sess. 24. cap. 11. non baptisatos a baptisatis distingvens illos tantum Ecclesiae iudicio proindeque legibus non subiici affirmat, cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus. Hi baptisati ergo Ecclesiae filii — quamquam rebelles et transfugae — qui eiusdem Ecclesiae legibus subiiciuntur; quare suam in illos potestatem exercere numquam praetermisit Ecclesia, potestate sibi divinitus tradita, quemadmodum infinitis propemodum historiarum monumentis testatum est, ac idem Concilium Tridentinum non modo novissimos de matrimonio eiusque indissolubilitate errores, sed ipsos quoque errorum auctores dira anathemate percutit. Verum neque hic locus est, vindicandi Ecclesiae ius, quo haereticos suis legibus comprehendit: neque enim de ecclesiastica lege, sed de divina agimus, quam Deus ipse tulit de matrimonii indissolubili vinculo, cui nemo refragari potest, sit ille haereticus sive etiam paganus. Tertia demum illorum opinio docentium, matrimonia haereticorum coram ministro acatholico inita generatim nulla esse, atque adeo validas fore secundas eorum nuptias, si modo coram catholico parocho contrahantur, neque undique vera est nec satis tuta, neque idcirco **in praxi quibuscunque in casibus indiscriminatim sequenda. Probe enim novit Fraternitas tua, huius generis matrimonia rata et firma consistere iis in locis, in quibus Concilii Tridentini decretum vel numquam observatum tamquam eiusdam concilii decretum, vel, si quando observatum fuit, longo dein temporis intervallo in desvetudinem abiit. Hinc factum est, ut praefata opinio, quae matrimonia inter haereticos contracta coram ministro acatholico generatim nulla et** irrita esse propugnat, adversarios semper habuerit et numero plures et auctoritate praestantissimos, adeo ut vix aliquem retinuerit probabilitatis gradum, maxime post editam a Benedicto 14. a. 1741. pro matrimoniis Hollandiae celeberrimam declarationem. Cave igitur, Ven. frater, tuoque exemplo tuisque monitis edoce Episcopos Suffraganeos tuos, ne in praefatis matrimonialibus casibus expendendis et diiudicandis pravis hisce doctrinis fallacibusque rationibus de-

cipiantur, sed Concilii Tridentini canones et decreta ad amussim observent et sequantur. In hoc enim iudiciorum genere instituendo si quandoque coniuges ab acatholico consistorio matrimonii vinculo soluti, haud confidentes tamen levi atque infirmae auctoritati ad Ecclesiae forum confugiunt, suumque matrimonium irritum declarari petunt, iterum dicimus atque mandamus, iudicem sequi debere formam conficiendi processum in methodo, quam supra descripsimus, matrimonium vero irritum minime renunciari posse declaramus, nisi ex iis causis, quas supra recensuimus, quasque utpote cum Ecclesiae doctrina et unanimi Patrum et Doctorum Catholicorum sententia consentaneas Sedes Apostolica approbavit.

Ad plenam propositae abs te quaestionis explanationem restat nunc declarandum, an ii coniuges catholicae religionis cultores, qui sola acatholici consistorii auctoritate excusso prioris matrimonii vinculo ad secundas nuptias coram ministro acatholico properaverint, deinde admissi sceleris poenitentes veniam humiliter petant, possint ad sacramentorum participationem admitti? Sed nulla in hac re potest esse dubitatio, siquidem veros poenitentiae fructus faciant, quorum primum illum esse oportet, ut a secundo coniuge separentur, si prior vivat adhuc, sin vero decesserit et uterque coniux sit catholicus, Episcopus statuat, quid factu opus fuerit, ut rite sancteque matrimonium contrahi possit; sed si catholicus alter ex coniugibus fuerit, qui cum catholico velit nuptias inire, vel in eo casu, quo vinculum prioris sui matrimonii per duplicem sententiam iudicis ecclesiastici rite ac legitime dissolutum fuerit, vel in altero, quod per mortem alterius coniugis primum matrimonium suapte natura disruptum ac discissum, tunc caute et maxima adhibita diligentia se gerant Episcopi. Huiusmodi enim matrimonia inter unam partem haereticam et alteram catholicam cum Ecclesia semper detestata fuerit et severissimis legibus interdixerit eo vel maxime, quod plerumque subest grave periculum pervertendi et abstrahendi a fide coniugem catholicum, et anceps ac dubia sit educatio prolis utriusque sexus in religione catholica, christiana caritate et eva-

vitate, quantum fieri poterit, avertant Episcopi ac reliciant talia coniugia. Quodsi periculum perversionis conjugis removeatur et prolis educatio catholica in tuto sit, iis adhibitis conditionibus, quas Benedictus 14. in supra memoratis literis ad Poloniae Primatem et Episcopos diligenter servari praescripsit, tuque, Ven. frater, aut Episcopi tui suffraganei a nobis petierint aliquo in casu et ex urgentissima causa dispensari, non recusabimus vestris precibus assentiri, si id religionis bonum et animarum salus postulare videatur.

Haec ad te plenius scribenda putavimus, Ven. frater, non solum ut postulatis tuis faceremus satis, sed etiam ut in iis quaestionibus, quas circa matrimonia proposuisti, certam haberes ab hac Apost. Sede regulam, quam si tenebis, facile ac tuto eas solvere ac dirimere poteris. Ac tibi, Ven. frater, ovibusque tuis apost. benedictionem amantissime impertimur. Datum in arce Gandulfi Alban. dioec. die 8. Octobris a. 1803.

297.

Protestatio Summi Pontificis nomine per Cardinalem Consalvi die 14. Junii 1814. interposita adversus ea, quae in Congressu Principum Vindobonensi in praeiudicium seu Ecclesiarum Germanicarum sive ipsius S. Sedis Apostolicae constituta haberentur. *)

Hercules Card. Consalvi etc. Omnibus et singulis chirographo hoc testatum facio, non eas tantum partes mihi a Summo Pontifice apud Vindobonensem Congressum fuisse commissas, ut dominiorum S. Sedis Apostolicae curam susciperem, sed attendendum etiam mihi SSmi Domini iussu fuisse, diligenterque cavendum, ne occasione generalis pacificationis constabiliendae ac rerum Europae componendarum Germanicae Ecclesiae et Apostolica Sedes in earum iuribus, immunitatibus, privilegiis, bonis, et, quod caput est, in divino cultu et salute animarum aliquid detrimenti

*) *Klüber*, Acten des Wiener Congresses. VI. B. Erlangen. 1838. p. 442.

acciperent, imo vero mihi omni studio enitendum, ut quidquid damni tam in spiritualibus quam in temporalibus rationibus suis vicissitudine praeteritorum temporum in Germania passa esset Ecclesia, sarciretur. Ut his partibus satisfacerem, ubi primum cognovi, auctoritate Principum Supremorum imperiali hac regiaque in urbe congregatorum pecularem constitutam fuisse Commissionem, ad quam de Germaniae negotiis cognoscere, deliberare, et constituere pertineret, Cels. Principi de Metternich praesidi eius Commissionis Sanctitatis Suae expostulationes in scriptis, praedictae Commissioni exhibendas, obtuli die 17. Novemb. elapsi anni 1814. In iis de omnibus illis rerum immutationibus sum conquestus, quae superioribus annis improbante, ut publicis documentis patet, SSmo Domino Nostro, in Germania sunt factae, quarum multae plurium etiam Conventionum praesertim vero Comitiorum Ratisbonensium anni 1803. sanctione firmatae fuerunt, in detrimentum Ecclesiarum, locorum et institutionum, ipsiusque etiam Romani Imperii, unde tam exitialia damna manarunt in spirituales etiam Ecclesiae rationes et animarum salutem, nec non grave illatum fuit praeiudicium et Apostolicae Sedis iuribus, quae tot seculorum spatio fuerant ab Imperatoribus ipsis ceterisque Imperii Principibus agnita; quibus expositis Sanctitatis Suae nomine precatus sum, ut pro iustitia et sapientia clarissimorum Principum remedium tantis malis afferretur. Ipsorum practerea Legatos obtestari non destiti, ut in Instauratione rerum Germaniae, cui daturi essent operam, catholicae Religionis, animarum salutis, iuriumque Ecclesiarum Germanicarum et Apostolicae Sedis potissimam habere vellent rationem. Quod res ecclesiasticas attinet, propensa voluntas Principum, quorum imperio Germania regitur, saepius declarata spem excitat, fore, ut illae quamprimum ad praescripta legum Ecclesiae componi atque ordinari possint. Quod vero ad temporales Ecclesiarum Germaniae possessiones pertinet, plura in Congressu aut sancita aut manere permissa sunt, quae Sanctitatis Suae animum magno dolore sunt affectura. Principatus enim temporales, quibus Ecclesia in Germania spoliata fuit, instaurati non sunt, imo Principibus secularibus tam catho-

licis quam acatholicis attributi; bona ac reditus Cleri tum secularis tum regularis utriusque sexus, quae patrimonium Ecclesiae sunt, ex parte persa novos eorum possessores, quin ulla legitimae potestatis sanctio intercesserit, relinquuntur, ex parte autem iis usibus, in quos ordinata erant, abstracta et aversa manere permittuntur. Ipsum denique sacrum Imperium Romanum politicae unitatis centrum iure habitum et religionis sanctitate consecratum minime redintegratum est.

Cum igitur SSmus Dominus pro ea, qua premitur, Dominici gregis atque Ecclesiarum omnium sollicitudine, ac iurisiurandi in sua ad Summum Pontificatum evectione praestiti religione obstrictus huiusmodi damna temporalibus Ecclesiarum Germanicarum rationibus illata aut manere permissa, ex quibus praeterea catholicae rei cum graviora detrimenta necessario parantur tum multa et magna praesidia tolluntur, non modo silentio praeterire non possit, ne approbare illa connivendo videatur, sed more etiam Praedecessorum suorum, qui contra multo minores Ecclesiae iacturas apostolicam proferre vocem non praetermiserunt, rationes ac iura Ecclesiae sarta tecta, quantum in ipso est, tueri atque intacta servare teneatur: idcirco ego, cui partes Eius in hoc Congressu commissae sunt, exemplo inhaerens aliorum S. Sedis legatorum, ac signanter Fabii Chisii Episcopi Neritonensis apud celeberrimum Monasteriensem in Westphalia Congressum Apostolici Nuncii, contra omnia, quae in hoc Vindobonensi Congressu in praeiudicium iurium et rationum Ecclesiarum Germaniae atque etiam S. Sedis vel sancita, vel manere permissa sunt, et contra damna omnia, quae divino cultui animarumque saluti inde proveniunt, quaeque, quantum in me fuit, impedire conatus sum, nomine S. Sedis Apostolicae, ac SSmi Patris nostri Domini Pii divina providentia Papae Septimi palam per has literas, atque omni meliori modo, via, causa et forma, quibus pro officii mei ratione teneor ac possum, protestor, resisto, et contradico; ad quorum omnium ampliorem notitiam apud absentes quoque et posteros adstruendam hanc protestationem meam manu mea subscripsi, meoque singillo munivi, eamque in pro-

tocollum actorum huius Congressus inseri firmiter postulo. Datum Vindobonae ex aedibus apost. Nunciaturae, die 14. Junii 1815.

298.

In Concordato cum Rege Bavariae a. 1817. inito liberum pro parte Episcoporum exercitium iurium episcopalium vindicat Pius PP. VII. Regibusque Bavariae ius tribuit, nominandi sive praesentandi Sedi Apostolicae ad vacantes Episcopatus idonea individua. *)

Pius VII. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, cui tandem placuit magnum angustiis nostris levamen afferre. Nam quum ab ea die, qua nullis meritorum suffragiis ad Episcopalis officii nos Principatum evexit, ut aeterni Pastoris vicariam procurationem gereremus in terris, cibati perpetuo fuerimus pane lacrymarum: tum magnam inprimis doloris nostri partem sibi vindicavit calamitas Ecclesiasticae rei, quam superioribus annis Germaniam passam esse conspeximus. In luctuosa enim illa perturbatione rerum, qua universa etiam regio illa florentissima et magna concussa est, eiusdem regionis Ecclesiae, quarum tanta erat anteactis temporibus dignitas ac maiestas, praeclaris iuribus et spectabilibus honorificentiis orbatae sunt, illarumque non modo attenuatae et imminutae opes, a maioribus summa illis pietate ac liberalitate donatae, quarum possessio per tot secula integre servata fuerat, sed omni etiam penitus patrimonio, uno propemodum ictu, spoliatae. Ex hac autem spoliatione tot praesidiis adiumentisque destituta Ecclesia, tantis eidem praeterea inflictis vulneribus, Episcopali iurisdictioni impedimentis ac difficultatibus undequaque paratis, ecclesiasticae disciplinae vigore fracto ac labefactato, magnum in discrimen orthodoxam fidem, magnumque fideles in aeternae salutis amittendae periculum adductos fuisse intelle-

*) *Müller*, Lexicon des Kirchenrechts. I. B. 2. Aufl. Würzburg. 1838. p. 575. ss.

ximus. Gravissima haec mala, quibus magna illa commissi nobis Dominici gregis portio premebatur, intimo cordis nostri dolore considerantes, atque ad Deum conversi, nullo unquam tempore a precibus gemitibusque cessavimus, quibus divinam miserationem inflecteremus, ut afflictis Germaniae Ecclesiis opem afferret, a misero statu, in quam collapsae fuerant, eas revocaret, dignosque viduatis pastores concederet, a quibus in catholicae fidei professione secundum Dei et Ecclesiae leges directi fideles ad aeternam salutem adducerentur, atque una publico instaurato ordine, ac populorum erga suos Principes obedientia ac fidelitate confirmata, solida pace Ecclesia et Respublica perfruerentur, atque ita concordibus exultantibusque animis debito Maiestati Divinae universa Germania laudis cantico.

At si numquam nos inter vestibulum et altare Germaniae mala deplorare destitimus, nihil praeterea eorum, quae in nostra potestate essent, omisimus, ut Religionis et Ecclesiae negotia in illis regionibus componeremus, atque ut a miserrimo naufragio quae adhuc supererant eriperemus. Hanc in rem studia nostra omnia contulimus, et quidquid expostulationibus, officiis, hortationibus, precibus praestare poteramus, effecimus ab ea ipsa die, qua tantarum calamitatum exordia in Germaniae regionibus prodierunt. Intelligentes autem agendum nobis harum rerum causa directe cum Principibus esse, qui summae rerum in temporalibus praeerant, ad has partes explendas, et ut iura Ecclesiae ac Ministrorum eius, praesertim illa, quae ad ordinem spiritualem pertinent, sarta tecta in posterum servarentur, et perturbata regiminis et administrationis ratio componeretur, Ven. Fratrem Hannibalem AEppum Tyri nunc S. R. E. Cardinalem della Genga nuncupatum Nuntium Nostrum Ratisbonam a decem et amplius annis ablegavimus, a quo tractationes cum aliquibus Germaniae Principibus institutae, summaque fide ac studio feliciter productae quidem fuerunt, ne tamen ad optatum exitum perducerentur, novum quod exarsit in Germania bellum, ac politicae rerum commutationes misere prohibuerunt. Tractationes huiusmodi cum nonnullorum Principum Legatis in hac ipsa alma Urbe nostra non multo post curavimus in-

staurari, at quum in tam salutare opus incumbere iterum coeperamus, Deo sic permittente ex hac nostra Sede crepti et in captivitatem ducti, nulla tunc ratio explendi vota nostra et ecclesiasticas Germaniae res ordinandi nobis omnino superfuit. Vix autem pristinae libertati nostraeque huic Sedi Deo misericordiarum Patri nos placuit restituere, oculos confestim nostros in Germaniam contulimus, et paulo post Vindobonae indicto Principum Supremorum Conventu, dilectum filium nostrum Herculem S. R. E. Diaconum Cardinalem Consalvi nuncupatum illuc ablegavimus; quo in Conventu etsi de componendis publicis Europae rebus, inter quas temporalia etiam Romanae Ecclesiae iura locum habebant, agendum esse cognosceremus, tamen ecclesiasticas quoque Legati praesertim nostri studio atque opera iuxta instructiones et mandata nostra instaurari posse confidebamus. Quodsi — temporaria etiam pacis perturbatione denuo secuta — studiorum nostrorum fructum capere non potuimus, brevi tamen facto cognovimus, non inanem fuisse spem nostram illam, quam in Consistorio diei 4. Sept. 1815. solenniter declaravimus, fore, ut Europae rebus pacatis, Germaniae Principes probe sentientes, de quam gravi et quam necessaria re agatur, primas eorum sollicitudines in rationes Ecclesiae conferrent, atque id tandem efficerent, ut in Germania universum Catholicae rei statum componere ac restituere valeremus.

Carissimus enim in Christo filius noster Maximilianus Josephus Bavariae Rex illustris, vota inprimis nostra cognoscens, et gloriosissimorum maiorum suorum pietatem ac zelum imitatus, qui non minus virtutibus istis, quam belli laude ac relatis etiam pro defensione fidei victoriis emicuerunt, interceptas iamdiu tractationes iterum institui, atque in hac alma Urbe ad exitum perduci gratissimo nobis studio postulavit. Huic nos promto alacrique animo nulla mora interposita respondere eo magis properavimus, quo praefatum Regem potiori animo complectimur, et Bavariae populos religionis amore omnique virtute praestantes, de catholica religione optime meritos, et a Sancta hac Sede dilectos semper carosque habitos peculiari et nos prosequi-

mur benevolentia. Quare cum ad id negotii praedictus Rex ven. fratrem Casimirum (Häffelin) Episcopum Chersonensem suum Plenipotentiarium Ministrum destinasset, nos vicissim ex parte nostra atque huius S. Sedis praefatum Cardinalem Consalvi nostrum a Secretis Status elegimus ac deputavimus, illique iussimus, ut summa diligentia ac studio huic tractationi manum apponeret, omnemque, quam negotii gravitas pati posset, in eo explicando conficiendoque celeritatem adhiberet. Illud autem in ea tractatione ineunda nobis proposuimus, et Plenipotentiario nostro in mandatis dedimus, ut quoniam a nobis, qui boni Pastoris vices in terris agimus, aeterna animarum salus prae omnibus spectanda est, ad eam, ut par erat, potissimum referret omnia, et quidquid ad illam procurandam promovendamque conduceret, omni opere curaret; efficeret praeterea inprimis, ut Religio Catholica Apostolica Romana in toto Bavariae Regno ita poneretur in tuto, ut ne ei ullum detrimentum aut praeiudicium iniuria temporum inferri possit; ut Ecclesiae et Dioeceses, quod iam ipsa Maximilianus Rex nobis obtulerat, necessaria et congrua dotatione instruerentur; ut viduatis Ecclesiis brevi possemus dignos pastores praeficere; ut augmento et rectae educationi Cleri consultum esset; ut iura et praerogativae Ecclesiae ad Spiritualem ordinem pertinentia, atque Antistitum, sacrique Ministerii libertas, pro custodienda praesertim fidei ac morum doctrina et disciplina Ecclesiae remotis difficultatibus impedimentisque omnibus assereretur; ut sublatis controversiis pax et concordia inter Sacerdotium et Imperium confirmaretur, ut prospero demum felicique Catholicae Religionis statui perpetuis futuris temporibus consultum esset. Quod vero ad Ecclesiarum Germaniae earumque Capitulorum temporales rationes et iura spectat (quae quantopere nobis cordi essent, iam ostenderamus, nec muneri nostro hac in re, quantum in nobis erat, defueramus), siquid circumstantiae temporum postulare viderentur, tanta Ecclesiae necessitate urgente paratos nos exhibuimus, quoad ministerii nostri ratio sineret, ad habendam eorum rationem, quae ex parte Regis optari postularique possent. Omnibus igitur, quae o-

portebant, hinc inde discussis, et coram selecta Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione mature perpensis, ex utraque tandem parte conventum est, et a duobus praefatis Plenipotentiariis Conventionis articuli subscripti sunt die 5. Junii huius anni. Ad eos Nos diligentissime expendendos animum nostrum adiecimus, ac propositae Conventioni duximus annuendum. Per Apostolicas igitur has literas nota facimus ea omnia, quae ad Catholicae Religionis bonum, ad Divini honoris et ecclesiasticae disciplinae incrementum in Bavariae Regno concorditer sunt constituta iuxta modum et formam sequentem.

Art. 1. Religio Catholica Apostolica Romana in toto Bavariae Regno terrisque ei subiectis sarta tecta conservabitur cum iis iuribus et praerogativis, quibus frui debet ex Dei ordinatione, et canonicis sanctionibus. 2. Sanctitas Sua servatis servandis Bavariae Regni Dioeceses sequenti ratione constituet. — — — 5. — In Seminariis admittentur atque ad normam S. Conc. Tridentini efformabuntur atque instituentur adolescentes, quos Archi — et Episcopi pro necessitate vel utilitate Dioecesium in iis recipiendos iudicaverint. Horum Seminariorum ordinatio, doctrina, gubernatio, et administratio Archi- et Episcoporum auctoritati pleno liberoque iure subiectae erunt iuxta formas canonicas. Rectores quoque et Professores Seminariorum ab Archi- et Episcopis nominabuntur, et quotiescunque necessarium aut utile ab ipsis iudicabitur, removebuntur. Cum Episcopis incumbat, fidei ac morum doctrinae invigilare, in huius officii exercitio etiam circa scholas publicas nullo modo impedientur. — 8. Bona Seminariorum, Parochiarum, beneficiorum, fabricarum, omniumque aliarum ecclesiasticarum fundationum semper et integre conservanda erunt, nec distrahi, nec in pensiones mutari poterunt. Ecclesia insuper ius habebit novas acquirendi possessiones, et quidquid de novo acquisierit, faciet suum, et censebitur eodem iure ac veteres fundationes ecclesiasticae, quarum uti et illarum, quae in posterum fient, nulla vel suppressio vel unio fieri poterit absque Sedis Apostolicae auctoritatis interventu, salvis facultatibus a Sacro Concilio Tridentino Episcopis tributis. 9. Sanctitas Sua at-

tenta utilitate, quae ex hac Conventione manat in ea, quae ad res Ecclesiae et Religionis pertinent, Maiestati Regis Maximiliani Josephi, eiusque Successoribus Catholicis per literas Apostolicas statim post ratificationem praesentis Conventionis expediendas, in perpetuum concedet Indultum nominandi ad vacantes AEppales et Eppales Ecclesias Regni Bavarici dignos et idoneos Ecclesiasticos viros iis dotibus praeditos, quas Sacri Canones requiruot. Talibus autem viris Sanctitas Sua canonicam dabit institutionem iuxta formas consvetas. Priusquam vero eam obtinuerint, regimini seu administrationi Ecclesiarum respectivarum, ad quas designati sunt, nullo modo sese immiscere poterunt. — 11. Rex Bavariae de ea beneficia tam parochialia, quam curata ac simplicia praesentabit, ad quae ex legitimo iure patronatus sive per dotationem sive per fundationem, sive per constructionem acquisito eius antecessores Duces et Electores praesentabant. Praeterea Maiestas Sua praesentabit ad ea beneficia, ad quae Corporationes Ecclesiasticae actu non existentes praesentabant. — Archiepiscopi vero et Episcopi praesentatis debita requisita habentibus, praemisso circa doctrinam et mores examine ab ipsis Ordinariis instituendo, si de parochialibus aut de curatis beneficiis agatur, canonicam dabunt institutionem. Praesentatio autem ad omnia ista beneficia intra tempus a Canonibus praescriptum fiat, secus ea libere ab Archi- et Episcopis conferentur. Reliqua vero beneficia omnia tam parochialia, quam curata ac simplicia, quae antecessores Antistites octo Ecclesiarum Regni Bavariae conferebant, libere ab Archi- et Episcopis personis Majestati Suae gratis conferentur. 12. Pro regimine Dioecesium Archi- et Episcopis id omne exercere liberum erit, quod in vim pastoralis eorum ministerii sive ex declaratione sive ex dispositione SS. Canonum secundum praesentem et a S. Sede approbatam Ecclesiae disciplinam competit, ac praesertim a) Vicarios, Consiliarios, et adiutores administrationis suae constituere Ecclesiasticos quoscunque, quos ad praedicta officia idoneos iudicaverint; b) ad Statum Clericalem assumere, et approbatio a ss. canonibus titulis ad Ordines etiam maiores praevio examine ab ipsis Archi- et Episcopis, aut eorum vica-

riis cum Examinatoribus Synodalibus instituendo promovere, quos necessarios aut utiles suis dioecesibus iudicaverint, et e contrario quos indignos censuerint, a susceptione ordinum arcere, quin ab ullo quovis obtentu impediri queant; c) Causas ecclesiasticas, atque inprimis causas matrimoniales, quae iuxta Can. 12. Sess. 24. S. Conc. Trid. ad Iudices Ecclesiasticos spectant, in foro eorum cognoscere, ac de iis sententiam ferre, exceptis causis mere civilibus Clericorum, e. g. contractuum, debitorum, haereditatum, quas laici iudices cognoscent et definient; d) in clericos reprehensione dignos aut honestum clericalem habitum eorum ordini et dignitati congruentem non deferentes poenas a S. Conc. Tridentino statutas, aliasque, quas convenientes iudicaverint, salvo canonico recursu, infligere, eosque in Seminariis aut domibus ad id destinandis custodire, censuris quoque animadvertere in quoscunque fideles Ecclesiasticarum legum et ss. canonum transgressores; e) cum clero et populo dioecesano pro munere officii pastoralis communicare, suasque Instructiones et ordinationes de rebus ecclesiasticis libere publicare; praeterea Episcoporum, Cleri, et populi communicatio cum Sancta Sede in rebus spiritualibus et negotiis ecclesiasticis prorsus libera erit; f) collatis cum Regia Maiestate, praesertim pro convenienti redituum assignatione, consiliis Parochias erigere, dividere, vel unire; g) praescribere vel indicere preces publicas, aliaque pia opera, cum id bonum Ecclesiae, vel Status, aut populi postulet, et invigilare, ut in ecclesiasticis functionibus, praesertim autem in Missa et in administratione Sacramentorum Ecclesiae formulae in lingva Latina usurpentur. 13. Quoties Archi- et Episcopi libros aut in Regno impressos, aut in illud introductos Gubernio indicabunt, qui aliquid fidei, bonis moribus, aut Ecclesiae disciplinae contrarium contineant, Gubernium curabit, ut eorum divulgatio debito modo impediatur. 14. Majestas Sua prohibebit, ne Catholica Religio, eiusque ritus vel liturgia sive verbis sive factis sive scriptis contemnatur, aut Ecclesiarum Antistites vel ministri in exercendo munere suo, custodienda praesertim fidei ac morum doctrina et disciplina Ecclesiae impediantur. Desiderans praeterea, ut debitus

iuxta divina mandata sacris ministris honor servetur, non patietur quidquam fieri, quod dedecus ipsis afferre, aut eos in contemtum adducere possit, imo vero jubebit, ut id quacunque occasione ab omnibus Regni Magistratibus peculiari reverentia atque honore eorum dignitati debito cum ipsis agatur. 15. Archi- et Episcopi coram Regia Maiestate iuramentum fidelitatis emittent sequentibus verbis expressum: „Ego iuro et promitto ad Sancta Dei Evangelia obedientiam et fidelitatem Regiae Maiestati; item promitto me nullam communicationem habiturum, nullique consilio interfuturum, nullamque suspectam unionem neque intra neque extra conservaturum, quae tranquillitati publicae noceat, et si tam in Dioecesi mea, quam alibi noverim aliquid in Status damnum tractari, Maiestati Suae manifestabo." 16. Per praesentem Conventionem leges, ordinationes et decreta in Bavaria hucusque lata, in quantum illi adversantur, abrogata habebuntur. 17. Cetera, quae ad res et personas ecclesiasticas spectant, quorum nulla in his Articulis expressa facta est mentio, dirigentur omnia et administrabuntur iuxta doctrinam Ecclesiae eiusque vigentem et approbatam disciplinam. Si vero in posterum supervenerit difficultas, Sanctitas Sua et Regia Maiestas secum conferre et rem amice componere sibi reservant. 18. Utraque contrahentium pars spondet, se successoresque suos omnia, de quibus in his Articulis utrinque conventum est, sancte servaturos, et a Maiestate Regia praesens Conventio Lex Status declarabitur. Praeterea Maiestas Sua Regia spondet, nihil unquam se successoresque suos quavis de causa Articulis huius Conventionis addituros, neque in iis quidquam immutaturos vel eosdem declaraturos esse absque Sedis Apost. auctoritate et cooperatione. — Datum Romae die 5. Junii 1817. Hercules Card. Consalvi. Casimirus Häffelin, Eppus Chersonensis.

Cum ergo huiusmodi Conventiones, Pacta, et Concordata in omnibus et singulis punctis, clausulis, articulis et conditionibus cum a nobis, tum a praelaudato Maximiliano Josepho Rege approbata, confirmata et ratificata fuerint, cumque idem Rex enixe a nobis flagitaverit, ut pro firmiori eorum subsistentia robur Apostolicae firmitatis adiiceremus, solenmioremque auctoritatem et decretum interponeremus: Nos

plene in Domino confidentes, fore, ut ipse pro misericordia et benignitate sua studia haec nostra in componendis ecclesiasticis rebus in toto Bavariae Regno copioso gratiae suae munere prosequatur, et vota haec eadem nostra circa universam Germaniam quam citissime expleri concedat, ut impedimentis ac difficultatibus sublatis omnia illis in regionibus ad Dei gloriam et Catholicae Religionis utilitatem componi possint, ex certa scientia et matura deliberatione deque apostolicae potestatis plenitudine supradictas Conventiones, capitula, pacta, concordata et concessiones tenore praesentium approbamus, ratificamus, et acceptamus, illis apostolici muniminis et firmitatis robur et efficaciam adiungimus, omniaque in eis contenta ac promissa sincere et inviolabiliter ex nostra et S. Sedis parte adimpletum et servatum iri tam nostro quam Successorum nostrorum nomine promittimus ac spondemus. Quoniam vero nondum parata ea omnia sunt, quae ad immutandum statum Ecclesiarum in R. Bavariae, novosque singularium Dioecesium fines iuxta initam Conventionem designandos sunt necessaria, haec ubi primum omnia erunt in promtu, per alias Apostolicas Literas perficiemus. Interea tamen nihil innovandum esse decernimus, propterea que omnia loca, quae vigore art. 2. Conventionis a Dioecesibus, ad quas acto pertinent, dismembranda et aliis dioecesibus neienda erunt, ab actualibus eorum Ordinariis vel Vicariis ab hac Sede Apost. deputatis sive intra sive extra fines Regni Bavariae constitutis gubernabuntur, donec Conventione ipsa plenae executioni mandata et finibus singularium dioecesium designatis novi Pastores illorum locorum regimen actu consequuti erunt.

Omnes autem et singulos Antistites sive actu in Bavaria existentes, sive a nobis postmodum canonice instituendos, eorumque successores, maiori quo possimus studio monemus atque hortamur in Domino, ut praemissa omnia ad maiorem Dei gloriam, ad Ecclesiae sanctae suae atque animarum utilitatem a nobis decreta in iis, quae ad eos pertinent, diligenter servent accurateque custodiant; et quoniam praeclara Regis voluntate Pastoralis Ministerii libertas remotis, ut par erat, impedimentis restituta est, tot Epi-

scoporum pietatis gloria insignium, S. Bonifacii praesertim inclyti Germaniae apostoli praeclara studia ac sollicitudinis zelum in se ipsis exprimentes totis viribus adlaborent, ut reformatis cleri populique moribus, ceterisque allatis remediis, quae sint curandis malis aptissima, Catholicae fidei puritas, legum Ecclesiae observatio, ecclesiasticae disciplinae nitor, christianaeque pietatis studia in omnibus Bavariae fidelibus Spiritus S. adiuvante virtute resplendeant. Illud praeterea Ecclesiarum Antistites, omnesque illi, quibus erit animarum cura concredita, ante oculos habeant, omnino partem esse eximii illius, quod gerunt, Ministerii, omni ope curare, ut subiecti populi debito prosequantur obsequio et obedientia Regem suum, atque ita Sacerdotium et Principatus sedeant in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciae. — — — Datum Romae apud S. Mariam Maiorem a. 1817. pridie Idus Novembris.

299.

Constitutionis Regni Bavarici sancita Ecclesiae legibus per Concordatum ipsum firmatis praeiudicare haud posse, ac proinde eos, qui iuramentum fidelitatis per Constitutionem depostum nuncupant, ad ea duntaxat, quae civilis sunt ordinis, et non ad illa quoque, quae Dei ac Ecclesiae legibus sunt adversa, semet obligare posse, declarat Pius VII. in Allocutione ad Cardinales a. 1818. *)

Cum initam a nobis Conventionem cum carissimo in Christo filio nostro Maximiliano Josepho Bavariae Rege illustri ex hoc ipso loco vobis fere ab anno nunciavimus, oculis quidem vestris simul subjecimus Apostolicas Literas, quibus eam de more huius S. Sedis solenniter confirmavimus; alias tamen literas apostolicas, quibus nova Dioecesium Bavariae Regni circumscriptio continetur, proferre non potuimus, quod antea quaedam perficienda erant, quae novae Dioecesium constitutioni praemitti oportet, quemadmodum in Allocutione tunc temporis a nobis habita vobis declaravimus.

*) Theologische Quartalschrift. Tübingen. 1819. p. 346.

auf Gewissensachen bezieht, sondern dass sogar auch das Wort „causis" vermieden, und dafür das Wort „rebus" substituirt worden ist. Wenn die protestantischen Fürsten und Staaten nicht als Princip anerkennen wollen, dass die Entscheidung der kirchlichen und besonders der Ehesachen den Bischöfen zusteht, so kann der heil. Vater diess nur beklagen, und es missbilligen; aber wenn man so weit geht, zu verlangen, dass selbst das Oberhaupt der Kirche die Rechte des Episcopats zerstören, das kanonische Recht gänzlich über den Haufen werfen, und die Vertheidigung eines dogmatischen Canons des tridentinischen Concils aufgeben soll, so wird Se. Heiligkeit um keinen Preis sich hiezu verstehen. Da es nun ein Dogma des kathol. Glaubens ist, dass die Ehesachen vor die geistlichen Richter gehören, so kann der h. Vater weder von der, durch das Trid. Concil Can. 12. Sess. 24. geheiligten Benennung „causas matrimoniales", noch von der andern „causas ecclesiasticas" abgehen, und dafür jene „res spirituales" annehmen, welche, wie jeder aufrichtige Mann wird bekennen müssen, dahin geht, die Rechte des Episcopats zu zerstören und das kanonische Recht über den Haufen zu werfen.

31. In dem 7. Artikel der Declaration, wo von der Wahl der Domherren bei Erledigungen der Dompfründen die Rede ist, heisst es, dass sie auf dieselbe Weise gewählt werden sollen, wie die Bischöfe, und dass der Landesherr „Decanum e gremio Capituli designabit." Nach dem, was bereits oben in Betreff der Bischofswahl vorgekommen ist, hält es der heil. Vater für überflüssig, dieselben Betrachtungen hier zu wiederholen, welche ihn veranlassen, diese Anordnungen nicht zu genehmigen. Das einzige, was Se. Heil. thun kann, um so viel als möglich den Wünschen der vereinten prot. Fürsten — zu entsprechen, beschränkt sich auf die Erlaubniss, dass die Domherren eben so wie bei der Bischofswahl, den Landesherren die Liste der Subjecte überreichen, aus welcher sie wählen wollen, damit wenn irgend einer darin vorkommen sollte, der ihnen nicht angenehm wäre, das Kapitel ihn bei der Wahl unberücksichtigt lassen könnte. Auch könnte Se. Heil. wenn dies eher beliebt werden wollte, die

Ernennung den Bischöfen mit der Bedingung überlassen, dass Sie würdige und zugleich den Landesherren angenehme Personen wählen sollen.

36. — Indem wir die Bemerkung über die Unrichtigkeit der Ausdrücke: (in demselben 7. Artikel der Declaration) „conferet (princeps) beneficia" unterdrücken, welche nicht einmal bei katholischen Laien gebraucht werden könnten, geschweige den bei protestantischen Laien: so erklärt der heil. Vater, dass er, da er die Succession in das Patronatrecht der alten Bischöfe, und in jenes der wirklich aufgehobenen geistlichen Corporationen den nichtkatholischen Fürsten nicht zugestehen kann, sich in der Nothwendigkeit befindet, weder die eine noch die andere der in dem 7. Art. der Declaration angeführten Bestimmungen genehmigen zu können, und er kann von seiner Seite nichts anders thun, als den Bischöfen die Verleihung dieser Pfründen unter der Bedingung zu überlassen, sie nur solchen Personen zu verleihen, welche ausserdem dass sie deren würdig, auch noch den respectiven Regierungen angenehm sind.

40. Die Bestimmung eines Erzbisthums, um der neuen kirchlichen Provinz vorzustehen, — wovon in dem 9. und letzten Artikel der Declaration die Rede ist, hat vorzüglich die Aufmerksamkeit des heil. Vaters auf sich gezogen. Se. Heil. hat in diesem Betreff bemerkt, wie wenig passend es sey, dass bei Gründung einer neuen kirchlichen Provinz der Hauptgegenstand, nämlich der erzbischöfliche Sitz unbestimmt bleibe, und das man eine so würdevolle Stiftung, welche ihrer Natur nach bleibend seyn muss, mit einem provisorischen Zustand anfange, welcher entweder vielleicht nicht sobald aufhören, oder doch Veranlassung zu einer Inconvenienz geben könnte, welcher der heil. Vater sich entgegensetzen müsste, wenn nämlich ein Erzbisthum errichtet würde, welches von einem Sitze zum andern zum grössten Nachtheile des regelmässigen Ganges der kirchlichen Geschäfte der Provinz wandern müsste. Nebstdem scheint es Sr. Heil. dass das Andenken an die alte kirchliche Pracht in Deutschland, so wie die grössere Bequemlichkeit der Gläubigen es erfordern, unter den 5. Kirchen, welche die neue Provinz

bilden sollen, die Ehre des Erzbisthums dem sehr alten und berühmten Sitze in Mainz einzuräumen, welcher nebstdem, dass er den Vortheil hat, mehr in der Mitte der 5. Diöcesen zu liegen, mit so viel Ruhm durch eine Zeit von mehr als tausend Jahren bestanden hat, welcher an das Apostelthum des heil. Bonifacius und die erzbischöfliche Würde erinnert, die er bis auf unsere Zeiten erhalten hat, und welcher dessen durch Se. Heil. nur mit lebhaftem Schmerze und gezwungen durch die Macht der Umstände beraubt worden ist.

41. Der heil. Vater hat überdiess in Betreff des besagten Artikels bemerkt, dass in demselben, indem die Rede von der Jurisdiction des Metropoliten ist, gesagt wird, dass er die Jurisdiction — ausüben werde, ohne irgend einen Unterschied zwischen den gegenwärtigen und den alten Kirchensatzungen zu machen, und ohne der gegenwärtigen Disciplin zu erwähnen. Der h. Vater hat daher alle Ursache zu glauben, dass durch die angeführten Worte der Declaration zu Gunsten des neuen Erzbischofs die alte Disciplin wieder hervorgerufen werden soll, welche den Metropoliten die Ausübung sehr ausgebreiteter Rechte zugestand, die aber nachher durch die gesetzliche Gewalt und aus sehr erheblichen Gründen beschränkt wurden. Se. Heiligkeit glaubt daher, in Betracht eben derselben Gründe, welche in den Bemerkungen zu dem 6. Artikel der Declaration in Betreff der Jurisdiction der Bischöfe auseinandergesetzt sind, dass Sie, ohne ihre Pflichten zu verletzen, in die Abänderung der Disciplin nicht eingehen könne, welche allem Anschein nach hinsichtlich der Ausübung der erzbischöflichen Jurisdiction eingeführt werden will; desswegen macht Se. Heiligkeit den Vorschlag, dass nach den Worten „antequam Jurisdictionem Metropoliticam" folgende Worte gesetzt werden: „iuxta canones nunc vigentes et praesentem Ecclesiae disciplinam exerceat."

42. Se. Heiligkeit bemerkte hierauf weiter, dass der Erzbischof vielmehr dem Oberhaupte der Kirche in der Eigenschaft des gesetzlichen Obern, als den weltlichen und nichtkatholischen Fürsten versprechen müsste, sein erhabe-

nes Amt zu dem Ende auszuüben, um den Katholiken zu dem ewigen Seelenheil zu verhelfen, und die Rechte der Bischöfe nich anzutasten; ferner dass das Versprechen, nichts zu unternehmen, was auf irgend eine Weise den Rechten der Fürsten und der Bischöfe zum Nachtheil gereichen könnte, ein neues Versprechen sey, welches das Gewissen der Erzbischöfe in Verlegenheit bringen müsse, und ihre Würde beleidige. Ohne von der Neuheit dieses Versprechens zu reden, indem dieses eine sehr bekannte Wahrheit ist, zieht der h. Vater in Überlegung, dass, wenn die Rechte der Fürsten, von denen in dem gegenwärtigen Artikel der Declaration die Rede ist, nicht auf die weltliche Verfassung beschränkt würden, sondern wenn man die angeblichen Rechte circa sacra darunter verstehen, und diese nach der Ausdehnung bemessen wollte, welche denselbsn von den deutschen protestantischen oder auch von katholischen von irriger Lehre angesteckten Rechtspublicisten gegeben werde, so würden die Erzbischöfe mit ihrem Gewissen oft sehr in Verlegenheit kommen, um das gegebene Wort zu halten, und oft könnten sie sogar durch ihre eigenen Pflichten gezwungen werden, es nicht zu halten. Der h. Vater könnte daher, ohne den Erzbischöfen Unrecht zu thun, nicht einwilligen, dass von ihnen versprochen werde, den Rechten der Bischöfe nicht zu nahe zu treten. Se. Heiligkeit will nie annehmen, dass die Erzbischöfe ihre Gewalt missbrauchen; wenn aber auch ein Erzbischof sich irgend etwas gegen die gesetzlichen Rechte der Bischöfe erlauben sollte, so würde daz Oberhaupt der Kirche, welchem zusteht, über diese zu urtheilen, mit der ihm zustehenden Gewalt dergleichen Eingriffen Zügel anlegen. Se. Heiligkeit will sich indessen, wenn die vereinten protest. Fürsten und Staaten wünschen, dass der Erzbischof verspreche, ihre gesetzliche Rechte in allem dem, was Bezug auf die bürgerliche Ordnung hat, nicht zu stören, dagegen nicht setzen: zu gleicher Zeit glaubt aber auch Se. Heiligkeit aus den oben auseinandergesetzten Gründen, diese Bestimmung in der Art, wie sie in der Declaration ausgedrückt ist, nicht genehmigen zu können.

44. Endlich muss Se. Heiligkeit bemerken, dass, obschon es scheint, als sollte die Declaration eine vollständige Einrichtung der kirchlichen Dinge der Katholiken in den Staaten der vereinten protest. Fürsten darstellen, nichtsdestoweniger in derselben viele Artikel vermisst werden, welche zu dem Zwecke wesentlich nothwendig sind, den die Declaration zu haben scheint. So wurde z. B. unterlassen, von der freien Communikation aller Gläubigen mit dem h. Stuhle sowohl in Gewissens — als in andern geistlichen Sachen zu reden. Es wurde unterlassen, auszudrücken, dass dem h. Stuhle die Entscheidung der wichtigern, und andern ihm vorbehaltenen Gegenstände zugestehe. Es wurde ferner unterlassen, von dem Rechte der Appellationen und andern wichtigen Gegenständen zu reden. Der h. Vater indessen, damit dadurch, dass man die oben erwähnten Gegenstände in der Declaration nicht zur Sprache gebracht hat, dem heil. Stuhl und der Kirche selbst kein Nachtheil zugehen möge, hält für nothwendig, dass entweder dadurch, dass man der Declaration einen allgemeinen, zugleich aber bestimmten, Artikel beifügt, oder durch eine andere leichter auszuführende Weise erklärt werde, dass alle andern Gegenstände, welche in der Declaration nicht berücksichtigt sind, nach der bestehenden Kirchendisciplin geregelt werden.

Dieses sind die Gesinnungen des h. Vaters über die Declaration, welche von den vereinten protest. Fürsten und Staaten der Genehmigung und Sanction Sr. Heiligkeit vorgelegt worden ist. Der h. Vater, welcher nicht annehmen kann, dass die erwähnten Fürsten und Staaten in der Billigkeit und Mässigung, welche sie auszeichnet, verlangen werden, dass das Oberhaupt der Kirche auf seine Grundsätze verzichte, sich schuldig vor Gott und zum Gegenstand der Aergerniss bei der kath. Kirche mache, indem er die Pflichten seines apost. Amtes verletzt und Bestimmungen sanctionirt, welche er für die Kirche selbst nachtheilig hält, kann desswegen nicht zweifeln, dass sie, von der Billigkeit der Bemerkungen Sr. Heiligkeit überzeugt, dazu sich verstehen werden, in ihrer Declaration jene geeigneten Abän-

derungen zu machen, welche unerlässlich sind, um für dieselbe die Genehmigung und Sanction des Kirchenoberhauptes zu erhalten. Sollte Se. Heiligkeit gegen alles Erwarten das Missvergnügen haben, zu sehen, dass von den vereinten Fürsten und Staaten die billigen Modificationen, welche in diesen Blättern auseinandergesetzt sind, zurückgewiesen werden, so macht in diesem Falle der h. Vater, in seinem lebhaften Wunsche, dem dringendsten Bedürfnisse der Gläubigen, nähmlich dem, ihre Seelenhirten zu haben, abzuhelfen, und in beständiger Beziehung auf das, was in Betreff der regelmässigen Einrichtung der kirchlichen Sachen in diesen Staaten bisjetzt gesagt worden ist, den Vorschlag, einstweilen die bezeichnete neue Begrenzung der Diöcesen in Vollzug zu setzen, um hernach in gutem Einverständnisse den Kirchen weiter vorzusehen. *Hercules Card. Consalvi.*

301.

Breve Pii VII. ad Capitulum Trevirense dd. 16. Jul. 1821. quo ius eligendi Antistitem Capitulo restituitur, idemque monetur, ut talem semper in Episcopum eligat, quem praeter alias qualitates Jure requisitas prudentia quoque commendat, et qui Regi gratus est. *)

Pius VII. Dilectis filiis Decano et Canonicis Episc. Ecclesiae Trevirensis. Quod de fidelium isthic degentium salute vehementer solliciti tantopere exoptavimus, omnique studio curavimus, id demum feliciter factum gratulamur, eo bene iuvante, qui auctor est pacis et pater totius consolationis. Post tot enim discrimina temporum acerbissimorum Episcopales sedes in Regno isto, quae tot nominibus commendabantur, instaurare, ac pro dominici gregis commoditate apte potuimus ordinare, re apprime cum Serenissimo Rege vestro conciliata, qui animo, quo est magno et excelso, in censu earumdem liberaliter distribuendo studiis nostris mirifice favit. Universam quidem rationem rei probe cognosce-

*) Der katholik, eine religiöse Zeitschrift. 1842. Beil. Nr 5. p. 66.

tia ex apostolicis literis, quas de ea sub plumbo hac ipsa die expediri maudavimus; nec dubitamus, quin non mediocrem consolationem sitis percepturi, quod et plures illius Regni Ecclesias e squallore, iu quo iacuerant, revocatas, et illustre de Antistitum electione privilegium vobis perstare animadvertetis, quod certe cumprimis et vestra et Germaniae vota impeusissime efflagitabant. Isthac tamen occasione speciatim vos alloqui per epistolam voluimus, nedum ut gratulatione communi Deo beuedicamus, sed ut in gravissimo electionum negotio vestram religionem, prudeutiam, integritatem vehementissime excitemus. Sint vobis ob oculos (dicimus animi sensu quo maxime possumus sollicito) iugiter, quae Tridentina Synodus disertissime praescripsit iis omnibus, qui ad promotionem praeficiendorum quacunque ratioue operam suam praestant. Sess. 24. c. 1. de ref. — Sess. 6. c. 1. de ref. — De Omnipotentis Dei gloria res est, de bouo animarum, de aeterna salute etiam vestra. Non alium idcirco finem in suffragatione habere vos oportet, nisi ut Religiouis utilitatibus et gregis incolumitati cousulatis; alienis autem vos peccatis communicare affirmaut Tridentini Patres, nisi quos digniores et Ecclesiae magis utiles, non quidem precibus vel humano affectu aut ambientium suggestionibus, sed eorum existentibus meritis iudicaveritis, praefici diligenter curetis; vestri quippe studii ac suffragii rationem reddetis ipsi Deo, qui requiret de manibus vestris sangviuem ovium, quae ex malo pastorum regimine interierint.

Cum vero ad Religionis incrementa, utilioremque Episcopalis muneris procurationem summopere intersit, mutuam servari utriusque potestatis concordiam, quandoquidem ex Ivonis Carnotensis testimonio cum regnum et sacerdotium inter se conveniunt, bene regitur mundus, floret et fructificat Ecclesia, vestrarum partium erit eos adsciscere, quos praeter qualitates ceteras Ecclesiastico Jure praefinitas prudentiae insuper laude commendari, nec Serenissimo Regi minus gratos esse noveritis, de quibus, anteqnam solennem electionis actum ex cauonum regulis rite celebretis, ut vobis constet, curabitis. Quamquam vero Sereuissimi Regis desideriis annuentes in praedictis literis nostris constituerimus,

eligendos ad Borussiae Ecclesias eiusdem Regni incolas esse debere; non idcirco tamen eos omnes, qui extra idem Regnum morantur, nulla exceptione facta, esse a vobis intendimus excludendos. Si enim in Presbyterum ex Germanica Natione praecipue laude praeclarum, qui extra Borussiae ditionis fines habitet, vota vestra inclinent, eum assentiente Rege in Episcopum eligi a vobis posse libentissime declaramus. Isthaec, dilecti filii, a pia et religiosa circumspectione vestra fidenter exquirimus, omnemque idcirco in vos pastoralis ac paternae nostrae cohortationis vim effundimus, ut eos nobis confirmandos exhibeatis Antistites, de quorum electione omnipotenti Deo gratias agere, fidem vestram laudare, Ecclesiis istis ex animo gratulari, nobis denique in Domino gaudere possimus. Quae ut prospere et e sententia succedant, divini praesidii pignus apostolicam benedictionem vobis impertimur ex corde. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die 16. Julii 1821.

---

c) in Hispania, Helvetia, Polonia, Sicilia.

302. 303.

Nota duplex Cardinalis Secretarii Status ad Ministrum Regis Hispaniarum dd. 9. Januar. 1802. pro defensione iurisdictionis Nuntiaturae Apost. Madritensis, et suprema potestate Romani Pontificis in re matrimoniali dispensationes elargiendi. *) (Ex Gall.)

302. Ohne auf entferntere Epochen zurück zu gehen, kann man Sr. Majestät die Verordnungen vor Augen legen, die das Tribunal der Nuntiatur betreffen, und zu Madrid in dem J. 1640. und 1641. mit Einwilligung des unsterblichen Monarchen Philipp IV. bekannt gemacht wurden, der solche mit dem Papste Urban VIII. übereinstimmend beschlossen hat. Späterhin ward am 17. Juni 1717. zwischen Cle-

---

*) *Artaud*, Geschichte des Papstes Pius VII. Aus dem Französ. I. B. Wien. 1837. p. 269.

mens XI. und Philipp V. ein Concordat unterzeichnet, in Folge welches der Nuntius neuerdings in alle seine Amtsverrichtungen, wie in der Vergangenheit, eingesetzt ward. Ein zweites Concordat ward im J. 1787. unterzeichnet, und es bestätigte die nämlichen Verfügungen. Endlich erschien ein Breve Clemens XIV. unter dem 26. März 1771. und es ward dem erlauchten Vater Sr. Majestät das Recht gewährt, eine *Rota* von spanischen Richtern zu errichten; allein die Gerichtsbarkeit über streitige Fälle ward dem Apostolischen Nuncius vorbehalten. Alle Monarchen von Spanien haben diesen verschiedenen Verträgen ihr Placet beigefügt. Man will Ew. Exc. nicht mit den zahlosen Opfern hinhalten, in welche die Päpste gewilliget haben, die Könige von Spanien zufrieden zu stellen; es wurden ihnen mehr Zugeständnisse gethan, als irgend einer andern Macht.

Der Unterzeichnete bemerkt, dass die Bitten Ew. Exc. drei an der Zahl sind: 1. Sie verlangen, dass man dem Nuntius die Gerichtsbarkeit über die streitige Fälle und über die geistlichen Orden benehme, und dass desshalb der Nuntius als der Gesandte eines weltlichen Fürsten betrachtet werde. 2. Dass Se. Heiligkeit auf die Vorstellung Sr. Majestät einen spanischen Prälaten ernennen, und dass diesem mit dem Richterstuhle der Rota vereinten Prälaten die Gerichtsbarkeit über die streitigen Fälle unabhängig vom Nuntius gegeben werde. 3. Dass man bei den Gerichten die Formen und die Ordnung beobachte, die bei den gewöhnlichen Richterstühlen befolgt werden. — Die zeitliche Souverainetät Sr. Heiligkeit ist bei ihrem höchsten Apostelamte nur Nebensache. Ihre Heiligkeit können nur Nuntien haben, dieser Titel gebührt Ihren Gesandten. Diess ist der Character, durch den sie den ersten Rang erhalten. Immer haben die Päpste Legaten und Nuntien gesandt, mit der wirklichen Aufgabe, über die Interessen der entfernten Katholiken zu wachen; und es kam ihnen dabei niemals zu Sinne, eine Parität der Gemeinschaft zwischen der römischen und den andern Kirchen zu zeigen. Jede andere Weise, die Dinge anzusehen ist der Kirchenzucht entgegen, und ist albern in sich selbst. — Hinsichtlich der Ernen-

nung des spanischen Prälaten müssten also Se. Heiligkeit zwei Legaten zu Madrid haben; den einen dem Namen nach, und durchaus ohne Nutzen; den andern der That nach, aber einen fremden. Se. Heiligkeit müssten also ihrem Minister die Rechte entziehen, die ihm gebühren. Sieht man wohl die Unschicksamkeit eines solchen Systems? Sieht man die offenbare Verletzung des heil. Stuhles? — Was die Einführung der bei den spanischen Richterstühlen gebräuchlichen Formen in die kirchlichen Gerichte betrifft, weiss man, wenn es darauf ankommt, den wesentlichen Punct zu erörtern, dass aus dem canonischen Rechte vielfältige Erleichterungen, um zu urtheilen und andere Vortheile zu erhalten, in die bürgerlichen Gerichte übertragen wurden. Dann sind auch die geistlichen Rechtssachen so verschiedener Natur; und die Geschichte lehrt uns, dass die weltlichen Richter nie so grosses Lob verdienten, als wenn sie nach der Form der geistlichen Gerichte sich richteten. Se. Heil. zweifeln nicht, dass Se. Maj. diese Gründe gut aufnehmen werden. Sie wünschen, dass die Dinge auf dem Puncte bleiben, wo ihre Vorgänger solche gelassen haben.— Rom den 9. Januar. 1802. Consalvi.

---

303. Der heil. Vater ward von dem lebhaftesten Schmerz durchdrungen, als er das Begehren Sr. Maj. hinsichtlich der ehelichen Dispensen las. Er erinnerte sich, dass Spanien durch die Concordate von dem J. 1753. und 1780. alle Rechte des heil. Stuhles verbürgte. Er sah mit Schmerz, dass neue Forderungen neue abschlägige Antworten herbei führten. Se. Heil. können ihre Rechte der Substanz nach nicht fahren lassen, um solche sich dem Scheine nach vorzubehalten. Der Mittelpunct der Einigung für die Glückseligkeit der kath. Religion darf die Rechte der Kirche nicht vernichten lassen. Kann man diese Erlaubniss den Bischöfen auf ewige Zeiten gestatten? Der römische Papst ist die einzige und höchste Macht, welche von den positiven kirchlichen Gesetzen Ausnahmen gestatten kann. Als solche haben die Katholiken ihn zu allen Zeiten betrachtet. Wäre diess

nicht also, so hörte er auf, das sichtbare Oberhaupt der Kirche zu seyn. Könnte er keine Ausnahmen gestatten, so hätte er nicht die unbegränzte Schlüsselgewalt; ertheilten Andere Ausnahmen, so wäre die erste Auctorität nicht in dem Papste allein concentrirt. — Die Note Ew. Exc. sagt, diese Operation könnte sich abthun lassen, ohne dass dadurch die Auctorität des heil. Vaters auch nur im allergeringsten vermindert würde. Kann man je glauben, dass eine thätige Gewalt sich unwiderruflich und auf ewige Zeiten in eine unthätige Gewalt ohne Übung verwandle, und dass dann diese nämliche Gewalt durchaus keine Verletzung erleide? Im Augenblick der vergangenen Revolution verlieh Pius VI. eine ähnliche Erlaubniss seinen Nuntien, die bei verschiedenen Souverainen residirten; aber er verlieh ihnen solche während des Sturmes. Zu Neapel empfingen drei Bischöfe dies Recht, weil daselbst kein apostolischer Nuntius war. — Die Gründe, die damals Se. Heiligkeit bestimmten, bestehen nicht für Spanien. — Seine Heil. sind gewiss überzeugt, dass Ew. Exc. die Richtigkeit dieser Gründe leicht erkennen werden. Rom den 9. Januar. 1802. Consalvi.

304.

Pius VII. perstringit Senatus Lucernensis in Helvetia consilium de abolendo Regularium Monasterio, ut inde Seminarium erigatur; tum alia eiusdem Senatus decreta de prohibita susceptione Novitiorum, de exstinquendis beneficiis simplicibus, de adimendis redditibus ecclesiasticis. a. 1807. *)

Pius VII. dilectis filiis Praetori et Senatui Pagi Lucernae. — Vix verbis exequi possumus, quali et quanto nos affecerint dolore vestrae literae, quibus postulastis, ut Apostolica auctoritate exstingvantur Regularium Monasteria, et Coenobia, quae vestrae Civitati magno semper ornamento

*) Denkschrift über das Verfahren des Röm. Hofes bey der Ernennung des Gen. Vicars v. Wessenberg zum Nachfolger im Bisthum Constanz. Carlsruhe. 1818. p. 123.

ac decori fuerunt, et ex quibus in negotio praesertim Catholicae Religionis, quo nihil est gravius, magna vobis utilitas parta est. Vim lacrymarum profudimus, cum memoria vetera repetentes cogitavimus; quae fuerint consilia, quod institutum maiorum vestrorum, quae contra nunc consilia invaluerint. Illi scilicet nihil omiserunt, quantum facere enitique poterant, ut catholica Religio integra conservaretur, et auguste sancteque custodiretur canonum disciplina quod sane domesticum exemplum tam egregium tamque gloriosum vos etiam nuper estis imitati, cum in generali Bernensi Conventu una cum ceteris vestrae Reipublicae Pagis pro Monasteriis, Coenobiisque Regularium salutare, ac praeclarum decretum emisistis. Cum ea de re certiores facti sumus a Ven. fratre Fabritio AEppo Beryti, Nostro et Sedis Ap. apud vos totamque Helveticam Rempublicam ordinario Nuncio, magno sane gaudio perfusi sumus; idque deinceps auctum mirum in modum fuit, cum intelleximus cunctos Reipublicae Pagos non Catholicorum modo, sed etiam Acatholicorum atque eorum, qui mixtae religionis sunt, una omnium sententia integram reliquisse Monasteriis, et Regularibus novitios recipiendi facultatem, uti decreto sancitum, nobisque promissum fuerat. Quae nunc misera consiliorum, et rerum facta conversio est! Qui magno fueramus completi gaudio ex praeclaro decreto, quo iura Regularium semper tuta ac firma videbantur futura, incredibili moerore perfusi sumus, cum nobis nunciatum est, Civilem potestatem post annos tres permittere noluisse duobus coenobiis Conventualium, duobus item Monasteriis Monialium Cisterciensium, unique coenobio Monialium Franciscanarum, ut novitios reciperent; quamquam eadem facultas denegata non fuerit pro sex tantum novitiis Monasterio Cisterciensi S. Urbani, Capucinis, atque Ursulinis, quibus nulla suppetit ratio reparandi damna, quae novissime acceperunt. Nunc id quaeritur, idque agitur, ut paulatim omnia, quae in vestra civitate, vestroque territorio sunt, Regularium coenobia e medio tollantur. Non id quidem directe et universe quaeritis, sed minutatim, et gradatim efficere studetis, ut specie integra videatur vis decreti, quod vos ipsi una cum ceteris pene Reipublicae Pagis in

Bernensi Conventu edidistis, re tamen vera nulla amplius sit. Nam si nunc unum, aut alterum extingvatur Monasterium, mox et aliud extingvetur, et sic deinceps alia, atque ita cunctis sensim sine sensu extinctis Monasteriis, demum e vestris finibus exterminabitur Regularis Ordo universus, qui consistere sine illis nequit. Unde autem tanti huius mali causa repetenda est? Non a Pagis Acatholicorum, aut eorum, qui mixtae religionis sunt, sed a Pago Lucernae, ab eo scilicet, qui inter Catholicorum Pagos semper principem locum obtinuit, quem semper Apost. Sedes in deliciis habuit, ac singulari amore prosecuta est, quem insignibus beneficiis cumulavit, apud quem Apost. Nuncium fixam et stabilem sedem habere voluit, licet haec honoris praerogativa ab aliis Pagis omni ope et opere quaereretur. Haud sane credimus: dilecti filii — quos exemplo Apostoli semper in cunctis orationibus nostris praesentes habemus, ut Deus Domini nostri Jesu Christi Pater gloriae det vobis spiritum sapientiae — ita vos a patrum vestrorum fide ae pietate descivisse, ut salutaria perque utilia instituta, quae illi tanto studio retinenda et conservanda curarunt, nunc plane deleri, et exstingvi velitis. Non hi vestri sunt animi sensus intimi: sed vos a veritate, quam semper secuti estis, abstrahere conati sunt hostes Catholicae Religionis, qui sibi percommodum, et gloriosum fore intelligunt, si vestra ipsa opera removeantur, quae tam arcte cum eius causa et utilitate coniuncta sunt. Vestrae sint clausae aures calumniis illorum, qui praedicant, vix unum aut alterum nunc reperiri, qui Regulare Institutum amplecti velit. Falsum id plane est, ac si verum esset, minusque ferventer iuvenes hoc vitae genus quaererent, id plane tribuendum est tot ordinum Regularium exstinctionibus, quae in Europa evenerunt, tot Monasteriorum suppressionibus, spolio redituum, ex quibus Regulares vitam traducebant, eversioni regularum cuiusvis ordinis, vexationibus, quas ipsi coguntur perferre, contemtioni ae despicientiae, in quam adducti sunt a vituperatoribus sanctissimae institutionis. An idem a Senatu Catholici Pagi Lucernensis metuendum est? Haud noster fert animus tale aliquid credere, imo non dubitamus, quin vos paternis no-

stris monitis et hortationibus revocati ad veritatem, ex qua discessionem fecistis non vestro animo, sed fraude inimicorum, meliora sitis suscepturi consilia.

Nos pro paterna nostra, qua vos complectimur, caritate, quidquid a Sede Apostolica salva conscientia concedi potest, parati sumus concedere libentissime; sed huiusmodi non sunt novissimae petitiones vestrae, quibus assentiri nos vetat ratio ministerii, quod a Deo accepimus, et cuius partes sine aeternae salutis discrimine non possumus praetermittere. Sane prima vestra petitio pertinet ad Monasterium *Rathhausen*, quod Apostolica auctoritate suprimi velletis, ut orphanotrophium erigatur. Sed hoc monasterium unum est ex antiquissimis ordinis Cisterciensis, quoniam iam inde ab a. 1245. fundatum fuit liberalitate Baronum de Schauensee, et Reichensee, atque ad illud adiuvandum ita se propensum ostendit Lucernae Gubernium, ut idem sub immediata Sedis Apost. protectione esse voluerit. Cur tam insignis Monasterii suppressio desideratur? Premitur quidem aere alieno, quod contrahere debuit ob communes temporum calamitates, sed adhuc ei superest, quo et dissolvat debitum, et ea capiat, quae sibi sunt necessaria. Illa vero quae proponitur orphanorum recipiendorum, et curandorum ratio tanti non est, ut propter eam tam illustre monasterium exstinguatur. Quod manifestum faciunt exempla reliquorum Pagorum, qui opibus, potentia, modo multo inferiores sunt Pago Lucernae, atque in communibus calamitatibus multo plus quam hic damni pertulere, et tamen Regularium, quae habent, monasteria pie sancteque retinent, atque custodiunt, et orphanos aere communitatis, uti fert antiquissima consuetudo, quae isthic ubique viget, curant summa fide ac diligentia. Verum cum nobis deliberatum fixumque sit, curare, ut omnia Regularium Instituta suam operam conferant in Reipublicae utilitatem, id etiam praestare volumus Moniales de Rathhausen, quas decet exercere sese in recta iuventutis institutione, ceterisque gerendis officiis, quae earum instituto non adversantur. Altera petitio est de supprimendis duobus coenobiis conventualium, quorum unum sedet in vestra civitate, alterum in Vertenstein, ut inde Se-

minarium, Domusque pro pauperibus vagisque hominibus recipiendis constituatur. Sed nemo ignorat, quanta sit religio ac sanctitas loci de Vertenstein, quo se plurimi assidue conferunt sacrae peregrinationis functuri munere, ibique ipsis Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta a Regularibus, qui in coenobio vitam agunt, singulari pietate ac diligentia administrantur; quod iidem Regulares praestant etiam in tribus amplissimis parochiis, quae in praeruptis illis montibus sitae sunt, quo viaticum ad aegrotos deferunt, et morientibus opem ferunt spiritualem. Magna esset populorum offensio, et animarum detrimentum, si tam utile, tam salutare, sanctumque monasterium extingveretur. Accedunt annua Missarum onera, quibus illud premitur, quaeque sarta tecta servanda sunt. Coenobium vero Conventualium Lucernae originem repetit ab ipso S. Patriarcha Francisco, qui eius constituendi gratia a Comitissa Gutta de Rothemburg multa bona impetravit. Sola haec tam vetus ac tam veneranda institutio nos ab omni novitatis libidine arcere deberet; sed huc accedit, quod qui in eo monasterio commorantur Regulares, non modo summa pietate ac studio serviunt Ecclesiae, ad quam populus confluit frequentissimus, excipiuntque fidelium confessiones, et Sacramenta administrant, et cunctas implent diligenter Ecclesiastici Ministerii partes, sed etiam praeclaram semper in tuenda ac propaganda catholica Religione posuerunt operam, et cum tot gentes abripuit reformationis aestus, per eos neque civitas, neque ager Lucernae finitimorum errore contaminatus est. An tanta haec beneficia tam iniquo munere remunerabimus?

Si novum erigi Clericorum Seminarium optatis, habetis eius rei expediendae modum praescriptum a Concilio Tridentino Sess. 23. cap. 18. de ref. cuius apud vos semper viguit auctoritas. Nimirum ex mensa Episcopali, cunctisque beneficiis tum secularibus tum regularibus universae dioecesis certi sunt detrahendi reditus, qui in erigendum, conservandumque Seminarium convertantur; sed eius rei gratia minime licet supprimere coenobia, et monasteria Regularium, pro quibus contra custodiendis et conservandis tot ab eodem Concilio edita sunt decreta, quae extant in Sess. 25. de Regul. Quodsi

etiam hi reditus vel nulli sunt, vel impares esse videantur, non ideo delendum est opus sanctum, ac salutare, ut aliud ex eius ruinis exoriatur.

Tertio loco postulastis, ut novitiis, quae Brukense monasterium ingressae sunt, novum onus imponatur serviendi hospitali. Sed onus hoc Instituti legibus adversatur, illudque prorsus everteret; ac licet Lucernae Hospitale magnam nunc fecerit suorum redituum iacturam propter decimas, quas vili pretio vendere coactum est, tamen adhuc abundat opibus, neque ab aegrotis desideratur quidquid ipsis necessarium est ad salutem recuperandam. Volumus autem ab his quoque Monialibus eadem praestari caritatis officia, quae a Monialibus de Rathhausen praestanda esse diximus. Postremo quod attinet ad Cistercienses, qui sunt in Monasterio S. Urbani, haud sane nos abnuimus studio vestro, in eoque retineri concedimus adolescentes, qui ad pietatem, atque ad literas informentur, uti fit in reliquis monasteriis Benedictinorum et Cisterciensium totius Helveticae Reipublicae, et horum quidem adolescentium, magistrorum, totiusque monasterii cura, regimen, administratio penes Abbatem pro tempore esse debebit. Ex quo intelligitis, quam propensi et parati simus ad vobis gratificandum in iis, in quibus nos liberales esse sinunt sanctissimae Ecclesiae leges, et nostri ministerii ratio: sed horum memores, et iudicii Dei, quod omnes subituri sumus, numquam in animum inducemus, ut ea concedamus, quae Catholicae Religioni et Ecclesiae perniciosa esse cognoscimus.

Atque haec eadem sedulo cogitantes, non possumus non improbare vehementer, quae novissimis hisce temporibus contra ius fasque in hoc Pago gesta sunt. Nimirum decreta venditio decimarum, quae vilissimo pretio vendi debuerunt; extingvuntur simplicia beneficia, quoties vacua fiunt; adimuntur quotidie reditus ecclesiastici, quo fit, ut deficientibus sacerdotibus et ipsa religio brevi sit defectura; nunc autem in eo ponitur omne studium, ut duae Collegiatae Ecclesiae evertantur. Münsteriensis Ecclesiae Canonicatus obtinere deberent Parochi aetate provecti et moribus probati; contra quae nuper vacavit Praebenda, non parocho sed vicario parochiae

concessa est. In ista autem Collegiata Lucernae, in qua undecim sunt canonicatus, quinque ex iis collati sunt Universitatis Professoribus, qui prohibentur Ecclesiae servire ab eo, quod gerunt, munere. Vos ipsi, dilecti filii, vobiscum animo reputate, quomodo haec omnia, quae sine dubio spectant eversionem Catholicae Religionis et Ecclesiae, nos audire debuimus, quos licet immerentes Deus O. M. in hac Petri sede collocavit, ut omni studio curemus utramque semper integram et incolumem conservandam. Non ut confundamus vos, haec scribimus, sed ut filios carissimos moneamus in Christo Jesu D. N. ut huius vestri Senatus excitetur sapientia, eiusque opera isthinc removeatur, quidquid est Catholicae Religioni et Ecclesiae inimicum. Id vos omni ope facturos confidimus, et nos hac praeclara spe sustentati vobis, dilecti filii, benevolentiae nostrae pignus apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae die 21. Febr. 1807.

305.

Idem argumentum Brevi ad AEppum Ratisbonensem Car. Dalberg complectitur Summus Pontifex. *)

Pius VII. Quae de erigendo Lucernae Seminario ad nos scripsisti, Ven. frater, eadem literis ad nos datis complexus est Praetor et Senatus Lucernensis, quibus rescribentes nostri animi sensus aperimus, et eosdem etiam his, quas ad te damus, literis comprehendimus. Laudamus sane vehementer tuum illud de erigendo Lucernae Seminario consilium, recteque animadvertis ea de re summam esse curam et sollicitudinem Concilii Tridentini. Sed cum salutaribus huius Concilii decretis parere, eaque vim et exitum obtinere volumus, illum necesse est teneamus modum, qui ab ipso huius negotii expediendi gratia praescribitur. Atqui haec norma, haec regula, haec praescriptio Concilii est, ut ex reditibus mensae Episcopalis, omniumque beneficiorum tum secularium tum regularium pars aliqua detrahatur, eaque Seminariis vel erigendis vel conservandis adscribatur. Sed

*) Lib. cit. pag. 120.

numquam Seminarii causa extingvi voluit coenobia et monasteria Regularium, pro quorum disciplina et custodia tot edidit decreta, quae legenda sunt in sess. 25. de Reg. Quodsi etiam eo, quem Concilium praescribit, modo nihil effici potuerit, haud tamen licebit sanctum opus evertere, ut aliud simile constituatur. — Coenobium Conventualium, cuius postulatur eversio, multos habet Regulares sedulo observantes in Instituti regulam, iisque sustentandis aptos et idoneos reditus; perutile est Ecclesiae, totique populo; qui in eo commorantur Regulares singulari diligentia ac pietate sacramenta administrant, et omnes implent ecclesiastici ministerii partes, ad aegrotos viaticum deferunt, morientibus praesto sunt omni ope spirituali, praesertim iis, qui incolunt praeruptos illos montes, qui tractum continent trium parochiarum. Huic tanto tamquam exquisito bono, quod afferunt coenobitae Vertensteinenses, quodque per alios sacerdotes, cum plane desint, obtineri non potest, accedit loci sanctitas atque celebritas, quo ex tota Helvetia concursus fit frequentissimus populorum, quorum magna esset offensio, et grave detrimentum, si coenobium ipsum e medio tolleretur. Haec omnia tecum ipse animo reputa, Ven. frater, eumque cuncta ea, qua praestas, sapientia consideraveris, haud sane dubitamus, quin non modo non sis adiuturus consilia Senatus Lucernensis, sed etiam omnem daturus sis operam, ut tam utile tam illustre tam sanctum coenobium integrum conservetur. Neque vero quod alia in Germania Conventualium coenobia suppressa sunt, quod similis videtur imminere calamitas adversus coenobium Vertensteinence, quod pauci nunc sunt, qui regularis vitae genus profiteri velint, svadere nos possunt, ut abnormi suppressioni assentiamur. Imo vero haec ipsa non solum nos, quos Deus O. M. singulari bonitate sua, non merito aliquo nostro, universae Ecclesiae praefecit, sed etiam omnes Episcopos, quotquot sunt memores et custodes officii sui, excitare debent ad curam omnem adhibendam, ut quo maior numero in Germania fuit monasteriorum extinctio, quo vehementiores sunt impetus inimicorum adversus Regulare institutum, et sacrosancti Evangelii divina consilia, eo maio-

re studio et sollicitudine retineantur, et conserventur, quae integra adhuc sunt, eoque maiores emittantur conatus, ut calumniae propulsentur hostium catholicae religionis et ecclesiae, atque omnibus explorata sit utilitas ac sanctitas Ordinum Regularium. Nos certe divina gratia adjutrice id semper praestare conabimur, neque unquam committemus, ut vel illa, quae nunc petitur, Conventualium coenobii suppressio, vel immanis, quae in Germania facta est, Monasteriorum clades aliqua ex parte probata videatur. Quodsi antiqui illi pietate et doctrina praestantes Episcopi et Ecclesiae Doctores Clerum, cui praeerant, componere studuerunt ad regularis disciplinae rationem cum mensa victuque communi, eumque evangelica consilia sectari voluerunt: quae nostra nunc esset agendi ratio repugnans Ecclesiae legibus, plenaque absurdi et offensionis, si eos, qui iam sunt, extingveremus Conventus hominum, qui ad Evangelicae perfectionis normam vitam dirigunt, ut eorum loco collegium instituatur adolescentium, quibus quae tradendae sint regulae, quique praeficiendi Rectores et magistri, ignoramus, praesertim in civitate, cuius Academiae Professores pravas et perversas tradunt doctrinas, quas nos coëgit proscribere vis et auctoritas Ministerii nostri. Rogamus te, Ven. frater, per viscera misericordiae Dei nostri, ut ad haec diligenter animum advertas, teque speramus mutato consilio in ista tua dioecesi praecipuum fore patronum et defensorem coenobii Vertensteinensis; quam spem alte animo retinentes, tibi tuoque gregi universo Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die 21. Febr. 1807.

306.

In Instructione Nuntio Apostolico in Polonia data a. 1808. graviter perstringitur Episcopi Varsoviensis ea agendi ratio, qua plures Statui Civili in re matrimoniali, ad forum Ecclesiae pertinente, concessiones facere non dubitavit; tum declaratur: potestatem legislativam quoad vinculum conjugale ita Ecclesiae uni propriam esse, ut, quod ipsa statuerit, nulla civili lege infirmari valeat. (Ex Ital.) *)

— — Ein solcher Vertrag, von einem katholischen Prälaten und einem königl. Minister über einen so geheiligten Gegenstand vorgeschlagen, der in seinen Principien, in seinen Folgen, in seinem ganzen Gehalt betrachtet, gerade zu dem Ziel führt, das sich die neuen Sectirer gesteckt haben, nämlich zu machen, dass die Katholiken, die Bischöfe, der Papst selber bekenne, dass die Macht, die Menschen zu regieren, untheilbar ist. (Beaufort, Projet de réunion. Paris. 1806.) — Von Seiten eines kathol. Bischofs in den katholischen Ehen bürgerliche Publicationen, bürgerliche Contracte, bürgerliche Scheidungen, bürgerliche Urtheilssprüche, vorgeschrieben durch ein bürgerliches Gesetz, anzuerkennen, heisst dem Regenten eine Macht über die Sacramente und die Kirchenzucht einräumen; das heisst zugeben, dass er die Form und die Gebräuche ändern kann, Canones abschaffen, die Kirchenfreiheit verletzen, die Gewissen beunruhigen; dass er folglich eine absolute Autorität hat über rein kirchliche Sachen und Angelegenheiten, die wesentlich privilegirt und abhängig sind von der Gewalt der Schlüssel; das heisst sagen, dass er die Hand auf das Rauchfass legen, seine Gesetze über die der Kirche erheben kann. — Entweder musste mann eine von einer unwiderstehlichen Gewalt auferlegte Unordnung nicht zu bemerken scheinen, und sie dulden, oder wenn man sprechen und sich in die Materie einlassen wollte, so musste

*) Beiträge zur Geschichte der kath. Kirche im XIX. Jahrhundert. Heidelberg. 1818. p. 42.

der Bischof dem königlichen Minister zu erkennen geben, dass die Anordnungen des Codex in Betreff der Ehe keine Anwendung litten auf katholische Ehen in einem katholischen Lande. — Wenn man die Geschichte der Nationen durchläuft, so wird man darin nicht ein einziges Beispiel finden von einem katholischen Fürsten, der seinen Unterthanen die Verpflichtung auferlegt, oder zugibt, dass man sie ihnen auflege, ihre Ehe vor der Gemeine bekannt zu machen, und zu erklären, und die Gültigkeit oder Nullität derselben von dem Richter des Kreises zu untersuchen. — Ein weites Feld hätte sich dem Bischof geöffnet, dem kön. Minister zu zeigen, dass in einem Lande, wo die kathol. Religion die Staatsreligion ist, in einem Lande, das von einem kathol. Fürsten beherrscht wird, man ohne grosses Aergerniss die Gesetze des Codex in Betreff der Ehen nicht auf Katholiken anwenden noch von ihnen deren Beobachtung fordern kann; dass diess ein unerhörtes Attentat, und eine offenbare Empörung gegen die Gesetze der Kirche wäre, eine Neuerung, die zum Irrthum und Spaltung führt. — Wenn diese Pastoral — Gegenvorstellungen unnütz wären, so bliebe den Bischöfen nichts übrig, als ihre Sache und die Sache der Kirche in die Hände Gottes zu übergeben, und die ihrer Sorge anvertrauten Heerden wohl zu unterweisen: — 1. dass es keine Ehe gibt, wenn sie nicht in den Formen geschlossen ist, welche die Kirche aufgestellt hat, um sie gültig zu machen; 2. dass, wenn eine Ehe einmal nach den von der Kirche aufgestellten Formen geschlossen ist, keine Gewalt auf der Erde das Band derselben lössen kann; 3. dass es unauflöslich bleibt, ungeachtet des Ehebruchs und aller Unannehmlichkeiten des Beisammenwohnens; 4. dass im Fall einer zweifelhaften Ehe es der Kirche allein zusteht, über ihre Gültigkeit oder Ungültigkeit zu urtheilen, also, dass jedes andere Urtheil, das von irgend einer andern Macht kommt, incompetent und unfähig ist, die Ehescheidung zu authorisiren oder sie erlaubt zu machen; 5. dass eine Ehe, der sich kein canonisches Hinderniss entgegenstellt, gut, gültig, und also unauflöslich ist, was auch die weltliche Macht für ein Hin-

derniss unrechterweise, ohne Einwilligung und Billigung der allgemeinen Kirche und ihres Oberhauptes, des römischen Papstes, ihr entgegensetzen mag; 6. im Gegentheil, man muss jede Ehe für nichtig, für ganz ungültig achten welche ungeachtet eines durch den Souverän widerrechtlich aufgehobenen canonischen trennenden Hindernisses, geschlossen ist; und dass jeder Katholik eine solche Ehe in seinem Gewissen für nichtig achten muss, bis sie durch eine gesetzmässige, von der Kirche bewilligte Dispensation gültig gemacht ist, in sofern das Hinderniss, das sie nichtig macht, eine Dispensation zulässt.

— — — Es ist ein Irrthum, die Ehe als einen Civil-Vertrag anzusehen, hauptsächlich seit die Ehe unter dem evangelischen Gesetze zur Würde eines Sacraments erhoben worden ist, und dass sie dadurch eine geheiligte, von aller Art profaner Gesetze ihrer Natur und Gültigkeit nach unabhängige Sache geworden ist. — Und es ist so wahr, dass die Natur, die Gültigkeit der Ehe, vorzüglich unter dem evangelischen Gesetz, unabhängig ist von jedem durch bürgerliche Gesetze errichteten Civil-Contract, dass das Concilium zu Trient jede Ehe für nichtig erklärt hat, in Rücksicht des Sacraments und in Rücksicht des Contracts, die ohne die feierlichen, von ihm vorgeschriebenen Formen würde geschlossen seyn; das Concilium hätte dieses nicht thun können, wenn die Ehe ihrer Natur nach zwei so verschiedene Contracte, wie man behauptet, in sich begriffe, zwei Verträge, die von zwei verschiedenen Gewalten abhingen, einen bürgerlichen Vertrag für seine Gültigkeit von Civilgesetzen abhängig, und einen religiösen von den Gesetzen der Kirche abhängigen Vertrag.

307.

In Concordato cum Siciliae Rege a. 1818. inito liberum iurium ac praerogativarum Religioni et Ecclesiae Catholicae e divina ordinatione et ss. canonibus competentium exercitium, bonorum eccles. proprietas, causarum matrimonialium in foro eccles. cognitio stipulatur, usus Placeti quoad ordinationes Episcopales abrogatur, Regique ius nominandi Episcopos conceditur. *)

Pius VII. In supremo Apostolicae Dignitatis culmine meritis licet imparibus constituti, ubi primum pacatis rebus datum nobis benignitate Dei iterum fuit ex hac fidei ac religionis arce in universam Ecclesiam oculos nostros intendere, illico circumspeximus, quot calamitates et quam acerba vulnera Christianae Reipublicae tanta illa perturbatio superiorum temporum intulisset. Ingenti sane moerore correpti, gravissimisque hisce damnis commoti crebra ex imo corde suspiria et uberes ex oculis lacrymas fundere coacti fuimus; tum vero in bonorum omnium largitore Deo, qui sperantes in se confundi non patitur, Ecclesiaeque suae perpetuo, sese adfuturum spopondit, spem nostram firmiter collocantes, paratique omnem pro salute commissarum nobis Christi ovium subire laborem, in aegrotas afflictasque res Ecclesiae, quidquid in nobis virium atque consilii esset, conferendum esse decrevimus. Et quamquam universum Dominicum gregem sine intermissione sollicitudo nostra complectitur, Ecclesiae tamen finitimi Siciliarum Regni primae sese nobis ante oculos obtulerunt, earumque necessitates et damna, quibus iamdiu affictabantur, postremis hisce annis vehementer adaucta, et publicarum rerum conversione multiplicata, paternae caritatis nostrae viscera tetigerunt, ac peculiari quodam iure sollicitiores apostolici muneris curas sibi vindicare sunt visae. Quas quidem curas cum a fel. rec. Pio PP. VI. praedecessore nostro, tum a nobis ipsis vel ante praeteritas perturbationes illius Regni susceptas ut copioso tandem stabilique

*) *Vater*, Anbau der neuesten Kirchengeschichte I. Band Berlin 1820. p. 97.

cum fructu possemus impendere, carissimi in Christo filii nostri Ferdinandi, Regni utriusque Siciliae Regis illustris, spectata religio ac pietas magnopere profuit. Ipse enim probe considerans, Regiam potestatem non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium esse collatam, simul ac veterem citra Pharum ditionis suae partem feliciter recuperavit, commune religionis et animarum periculum nobiscum miseratus, novam cum hac S. Sede Apostolica inire Conventionem, qua perturbatis in Regno Ecclesiae rebus optata cum firmitate consuleretur, incenso studio desideravit, atque ut adeo salutari necessarioque operi manus illico admoveretur, promta nobiscum voluntate conspiravit. Itaque ut nostra ac piissimi Regis desideria expleremus, statim ven. fratrem nostrum Didacum Innicum Episcopum Praenestinum S. R. E. Cardinalem Caracciolo nuncupatum cum necessariis facultatibus et instructionibus deputavimus, eique postea presbyterum Romanum Philippum Guidi, nuper vita functum, adiunximus, ut cum Regiis Ministris Neapoli eius rei gratia pertractarent. Actum diu est, summoque utrinque cum studio ac diligentia; cum tamen ad eam, quae ex utraque parte expetebatur, conciliationem perveniri non potuerit, idem Ferdinandus Rex postulavit a nobis, ut dilectum filium nostrum Herculem S. R. E. Diaconum Cardinalem Consalvi nuncupatum a Secretis Nostri Status deputare vellemus, qui una cum altero ex praecipuis Regis Administris rem conferret, atque coniunctim darent operam difficultatibus removendis, quae usque ad eam diem impedimento fuerant, quominus tractatio suscepta optatum ad exitum perduceretur. Itaque nos praedictum Cardinalem sine ulla mora Terracinam civitatem nostram misimus, quo cum ex parte Regis dilectus filius Eques Aloysius de Medicis Maj. Suae Consiliarius, a Secretis Status, ac Regio aerario Praefectus eodem tempore se contulisset, post assiduam plurium dierum tractationem ea in urbe habitam, res tandem faventi Misericordiarum Patre inter utrosque variis Articulis confecta est, iisque tam noster quam regius Plenipotentiarius die 16. Februarii huius anni subscripserunt. Quibus articulis ad nos delatis, eos diligentissime expendimus, auditoque consilio

selectae Congregationis nonnullorum Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium suprema approbatione nostra dignos iudicavimus.

Art. 1. Religio Catholica Apostolica Romana est sola Religio Regni utriusque Siciliae, atque in eo semper conservabitur cum omnibus iuribus, ac praerogativis, quae ipsi competunt ex Dei ordinatione et canonicis sanctionibus. 2. Consequenter ad articulum praecedentem institutio in Regiis Universitatibus et Scholis tam publicis quam privatis erit in omnibus conformis doctrinae eiusdem Religionis Catholicae. — 5. — — Seminaria dirigentur, eorumque bona administrabuntur iuxta Conc. Tridentinum. 6. Bona Ecclesiarum uniendarum iis Ecclesiis applicabuntur, quae in nova circumscriptione conservabuntur, nisi forte earumdem Ecclesiarum uniendarum necessitates diversam praedictorum bonorum applicationem ecclesiasticam postulent, quae fieri debebit cum interventu auctoritatis Sanctae Sedis. — 8. Collatio Abbatiarum Consistorialium, quae iuris patronatus regii non sunt, perpetuo spectabit ad S. Sedem, quae illas viris ecclesiasticis subditis Maiestati Suae confcret. Collatio beneficiorum simplicium liberae collationis cum fundatione et erectione in titulum ecclesiasticum fiet a S. Sede et ab Episcopis pro diversitate mensium, quibus vacabunt; — provisio autem semper fiet in favorem subditorum Maj. Suae. — 10. Canonicatus liberae collationis in Capitulis respective conferentur a S. Sede et ab Episcopis — Prima Dignitas semper erit liberae collationis S. Sedis. 11. Sanctitas Sua concedit Episcopis Regni ius conferendi Paroecias, quae quovis anni tempore erunt vacaturae. — In Paroeciis iuris patronatus regii et laicalis Episcopi praesentatos instituent, dummodo praemisso examine idonei fuerint inventi. — 12. Omnia bona ecclesiastica non alienata a Gubernio militari — Ecclesiae restituentur. — 13. Cum in ditionibus citra Pharum sub militari regimine haud parva pars bonorum ad Ecclesiam spectantium alienata fuerit, cumque Maiestas Sua ut omni qua posset ratione hostium incursioni obsisteret, tum Neapoli antequam hostes praedictas ditiones invaderent, tum in ditionibus trans Pharum ne invaderentur, bona pariter

ecclesiastica in parva quantitate alienare et ipsa coacta fuerit, assignatis tamen possessoribus eccles. in praedicta ditione pro debita indemnitate totidem reditibus civilibus: hinc instante Maiestate Sua, et ne publica tranquillitas perturbetur, cuius conservatio Religioni quam maxime interest, Sanctitas Sua declarat, eos omnes, qui praedicta Ecclesiae bona alienata possident, nullam molestiam habituros neque a se, neque a RR. PP. successoribus suis, ac consequenter proprietas eorumdem bonorum, reditus, et iura iis inhaerentia immutabilia penes ipsos erunt, atque ab ipsis causam habentes. — 14. — — Religiosi omnes tam Mendicantes quam possidentes — suis Superioribus Generalibus subditi erunt. — 15. Ecclesia ius habebit novas acquirendi possessiones, et quidquid de novo acquisierit, faciet suum, et censebitur eodem iure ac veteres fundationes ecclesiasticae. Hac libertate in posterum gaudebit Ecclesia, quin tamen praeiudicium ullum inferatur legalibus effectibus legum de amortisatione, quae in Regno viguerunt usque ad hanc diem, earumque legum executioni etiam in posterum pro casibus nondum consumatis et conditionibus nondum impletis. Nulla fundationum ecclesiasticarum fiet suppressio, aut unio absque interventu auctoritatis Sedis Apost. salvis facultatibus a S. Conc. Tridentino Episcopis tributis. 16. Quum luctuosae temporum circumstantiae non patiantur Ecclesiasticos exemtione a publicis regiis et civitatis oneribus gaudere: Maiestas Sua pollicetur abusum superioribus temporibus in Regno introductum, quo ecclesiastici eorumque bona durioribus taxis prae laicis praegravabantur, cessaturum; quin imo cum per feliciora tempora status conditio prosperior evadet, Regia Maiestas largitionibus Clero opitulabitur. 17. Mons Frumentarius nuncupatus Neapoli erectus, sive regia procuratio spoliorum et redituum mensarum Episcopalium, Abbatiarum, aliorumque beneficiorum vacantium supprimitur. — Regia praescriptio adhuc vigens, vi cuius tertia pars redituum mensarum Episcopalium et beneficiorum sub appellatione *Tertii Pensionabilis* apud supradicti montis frumentarii administratorem deponebatur, per praesentem articulum abrogatur. — 20. Archi- et Episcopi in exercitio eorum pastoralia mini-

sterii prorsus liberi erunt secundum sacros canones. Causas ecclesiasticas, atque inprimis causas matrimoniales, quae iuxta can. 12. Sess. 24. S. Conc. Tridentini ad Judices Eccles. spectant, in foro eorum cognoscent, ac de iis sententiam ferent. Haec dispositio non respicit causas civiles Clericorum, e. g. contractuum, debitorum, haereditatum, quas laici iudices cognoscent et definient. In Clericos reprehensione dignos aut honestum clericalem habitum eorum ordini et dignitati congruentem non deferentes poenas a S. Conc. Tridentino statutas, aliasque, quas convenientes judicaverint, salvo canonico recursu, infligent, eosque in Seminariis et domibus Regularium claudent; censuris quoque animadvertent in quoscunque fideles eccles. legum, et ss. canonum transgressores. In sacris Visitationibus suarum dioecesium, et ad limina Apostolorum peragendis, et in Dioecesanis Synodis convocandis liberi erunt. Cum Clero et populo Dioecesano pro munere officii pastoralis communicare, suasque instructiones et ordinationes de rebus ecclesiasticis libere publicare, indicere preces publicas, aliaque pia opera, cum id bonum Ecclesiae vel Status aut populi postulet, Episcopis Regni liberum erit. Causae maiores spectabunt ad Summum Pontificem. — 22. Liberum erit ad Sanctam Sedem appellare. 23. Episcoporum, Cleri, et populi communicatio cum S. Sede in rebus spiritualibus et negotiis ecclesiasticis prorsus libera erit, ac consequenter Epistolae, ut aiunt, Circulares, leges et decreta circa *Liceat scribere* abrogantur. 24. Quoties Archi- et Episcopi in libris introductis, vel qui introducuntur, impressis, vel qui imprimuntur in Regno, aliquid repererint Ecclesiae doctrinae aut bonis moribus contrarium, Gubernium eorum librorum divulgationem non permittet. 25. Regii Delegati iurisdictionis ecclesiasticae munus a Majestate Sua supprimitur. — 27. Ecclesiae proprietas in suis possessionibus et acquisitionibus sacra et inviolabilis erit. 28. Sanctitas Sua attenta utilitate, quae ex hac Conventione manat in Religionem et in Ecclesiam, utque singularis benevolentiae suae testimonium Maiestati Ferdinandi Regis praebeat, Eidem atque ab eo descendentibus catholicis in Regno successoribus concedit in perpe-

tuum indultum nominandi dignos et idoneos eccles. viros iis dotibus praeditos, quas sacri canones requirunt, ad omnes illas archi — et episcopales ecclesias regni utriusque Siciliae, ad quas Maj. Sua inre nominandi nondum gaudebat, ac propterea statim post huius Conventionis ratificationem Literas Apostolicas, quibus hoc Indultum continebitur, expediri iubebit. Maiestas Sua tempore debito Sanctitati Suae nominatos manifestabit, ut necessarii processus iuxta canones de iis fiant, atque canonicam institutionem modis et formis consvetis obtineant. Priusquam vero eam obtinnerint, regimini seu administrationi Ecclesiarum respectivarum, ad quas erunt designati, nullo modo sese immiscere poterunt. 29. Archi- et Episcopi coram Majestate Regia iuramentum fidelitatis emittent. — 30. Cetera vero res eccles. spectantia, quorum nulla mentio in his articulis facta est, dirigentur juxta vigentem Ecclesiae disciplinam. Si qua vero supervenerit difficultas, Sanctitas Sua, et Majestas Sua secum conferre sibi reservant. 31. Praesens Conventio substituitur omnibus legibus, ordinationibus, et decretis in Regno utr. Siciliae circa res Religionis hucusque latis. — — Datum Anxure — Tarracinae — die 16. Febr. 1818. Hercules Card. Consalvi. Cav. Luigi de Medici.

Cum ergo huiusmodi Conventiones, pacta et concordata in omnibus et singulis punctis, clausulis, et conditionibus cum a nobis, tum a carissimo in Christo filio nostro Ferdinando Regni utr. Siciliae Rege approbata, confirmata, et ratihabita fuerint, cumque idem Rex enixe a nobis flagitaverit, ut pro firmiori eorum subsistentia robur apostolicae firmitatis adiiceremus, solemniorisque decreti auctoritatem interponeremus: nos ad maiorem Dei gloriam, et Catholicae Religionis incrementum — supradictas Conventiones — approbamus, ratificamus, et acceptamus etc. — Datum Romae apud S. Mariam Maiorem a. 1818. Nonis Martii.

308.

In Bulla erectionis Episcopatus Sangallensis in Helvetia a. 1823. id omne Episcopo exercere liberum fore decernitur, quod ei e munere suo Praesuleo juxta Canones competit, signanter autem causas matrimoniales cognoscere. *)

Pius VII. Ecclesias, quae antiquitate ac dignitate praestant, Sedis Episcopalis honore augere, ubi ex loci ratione, atque ex fidelis populi utilitate id expedire videatur, apostolicae benignitatis dispensatione consveverunt Romani Pontifices, quorum est, in id assidue intendere, quod ad maiorem Dei gloriam, et ad rei sacrae augmentum apprime conferre dignoverint. — — —

Volumus profecto, ut in regimine Dioecesis Sangallensis id omne Episcopo exercere liberum sit, quod illi in vim pastoralis eius ministerii sive ex declaratione, sive ex dispositione sacrorum canonum secundum praesentem et a S. Sede approbatam ecclesiae disciplinam competit, et speciatim causas ecclesiasticas, atque imprimis causas matrimoniales, quae iuxta Can. 12. Sess. 24. S. Conc. Trid. ad Judices Ecclesiasticos spectant, in eius foro cognoscere, ac de iis ferre sententiam. — — Datum Romae apud S. Mariam Maiorem a. 1823. sexto nonas Julii.

---

*) *Müller*, Lexicon des Kirchenrechts. V. B. 2. Aufl. p. 114. 119.

2. Facta aliorum Episcoporum pro tuendis Ecclesiae iuribus.

309.

Eppus Curiensis in Helvetia relate ad partem Dioeceseos in Bavaria sitam per Regimen Bavaricum eo provocatus, ut gubernium dioecesanum resignet, in SS. Canonibus fundatum reddidit responsum: resignationem nonnisi e gravibus causis interponi solere, a se autem tantam in Gubernio Civili potestatem minime agnosci, ut Eppum in exercitio suae iurisdictionis impedire valeat. a. 1807. *)

— — Es is nach den allgemeinen anerkannten Kirchengesetzen keinem Bischof je freigestellt, noch erlaubt, ohne triftige und von der Kirche zur Resignation als geeignet angesehene kanonische Ursachen sowohl, als ohne vorläufige bestimmte nnd ausdrückliche Bewilligung des höchsten Kirchenoberhauptes seine Diöces ganz oder auch nur theilweise zu resigniren oder zu dem Ende seine Diöcesan-Gerichtsbarkeit an einen Andern abzugeben. Eine Resignation ohne diese unerlässlich nöthigen Vorerfordernisse würde weder gesetzmässig noch gültig seyn. Ebensowenig darf ohne ehevor erfolgte päpstliche Einwilligung und an seine Person geschehene Übertragung ein anderer Bischof sich mit der Übernahme eines fremden Diöces — Theils befassen, ohne von der Kirche als Eingedrungener und Schismatiker angesehen und gehalten zu werden. Die rühmlich bekannte Rechtschaffenheit des Herrn Bischofs von Augsburg und seine Ehrfurcht gegen den heil. Stuhl und die Gesetze der Kirche liessen auch mich nicht ohne Grund fürchten, diesen würdigen Kirchenprälaten schon durch die Zumuthung zu beleidigen, als könnte Höchstselber sich zur Übernahme eines Bisthums-Antheils bereitwillig finden lassen, dessen rechtmässiger Besitzer aus Abgang der zur Resignation vorgeschriebenen gesetzlichen Erfordernisse zur Abtretung und

*) Deutsche Blätter für Protestanten und Katholiken. Neue Folge. 2. Hft. Heidelberg. 1841. p. 180.

Überlassung ebensowenig befugt oder des freien Willens ist. — In wie weit ein *Placetum Regium* als unerlässlich nothwendige Bedingniss zur Gewaltausübung eines einmal kanonisch eingesetzten, und durch eine Reihe von Jahren dafür annerkannten Bischofs bestimmt werden möge, will ich nicht untersuchen; nur kann ich die Bemerkungen nicht ganz unterdrücken, dass so ein Grundsatz noch nie in der kath. Kirche aufgestellt, weniger von ihr anerkannt worden, und insbesondere dass unser deutsches Vaterland, so wie andere katholische Länder das unschätzbare Glück des wahren Glaubens noch heut vermissen würden, wenn die ersten Verbreiter desselben den Abgang der souverainen Bewilligung (die in den ersten Zeiten des Christenthums zu erhalten wohl Unmöglichkeit war) als gründliches und verbindliches Hinderniss ihrer Berufserfüllung angesehen hätten. Gewiss versagte der grosse Rath von Jerusalem dem Petrus und Johannes sein Placetum, da er ihnen verbot, von Christo weiter zu reden; aber was der Apostel für sich und alle im bischöflichen Amte ihm Nachfolgenden antwortete, ist zu bekannt, als dass es hier einer Wiederholung bedürfte. Endlich ist es dem klaren Buchstaben des von Sr. Maj. dem König von Bayern selbst anerkannten und gutgeheissenen Reichsdeputations — Recesses, in welchem das Bisthum von Chur ausdrücklich enthalten, zuwider, der jede einseitige Disposition über die Diöcesen und jede Veränderung ihres bisherigen Zustandes als unzulässig erklärt. — Carl Rudolph Freiherr von Boul-Schauenstein, Fürstbischof von Chur. — Chur, den 7. Dec. 1807.

310.

Pius VII. factum Episcopi Curiensis approbat. a. 1808. *)

Pius VII. Alias ad te dedimus literas, quibus rescripsimus literis tuis datis 17. Nov. anni superioris; nunc satisfaciemus literis, quas ad nos dedisti die 2. Dec. e. a. — His porro narras, Gubernatorem Provinciae Tyrolis a te

*) Lib. cit. p. 184.

postulasse, ut te plane abdices omni iurisdictione in eam partem tuae dioeceseos, quae in eadem provincia sita est, eamque concedas Episcopo Augustano, atque ut interim, donec hoc negotium perficitur in Consistorium Augustanum iure delegationis omnes conferas ordinarias facultates. Huic petitioni te minime assentiri voluisse, et causam etiam dedisse significas, propter quam eius voluntati repugnasti, quia nimirum ea res in tua potestate sita non est. Quod a te verbis declaratum et gestum est rectissime, nosque in hoc etiam negotio, ut in ceteris, sapientiam agnoscimus et laudamus tuam. Eadem de re nostri animi sensus significamus carissimo in Christo filio nostro Bavariae Regi, cum quo omnia composita et absoluta cum fuerint, de his a nobis certior fies, ut intelligas, quid tu in alium conferre, quid contra tibi integrum servare debeas, tibique, Ven. frater, totique populo, cui praepositus es, benevolentiae nostrae pignus apost. benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Mai. die 16 Januar. 1808.

311.

Memoriale Epporum Belgii ad Congressum Vindobonensem a. 1814. porrectum, in quo iura et libertates Ecclesiae Catholicæ sub gubernio Principis sui Confessioni Protestanticæ addicti in tuto collocari ipsumque Principem ad ineundum eatenus cum Natione Belgica solenne pactum stringi orant. *) (Ex Gall.)

Inde ab exordio Confessionis Protestanticae non noscimus in variis Europae regionibus populum, qui, quum a Principe religioni a sua discrepanti addicto regeretur, omnes possibiles cautelas non adhibuerit, ut liberum cultus sui exercitium iuraque omnia ac privilegia eidem adnexa a quibusvis Principis sui aliam religionem profitentis moliminibus tuta praestaret. Perspexere nimirum populi, quam facile foret Principi illam, quam ipse profitetur, religionem successu temporis in status suos introducere molienti, eandem reipsa dila-

*) *Münch*, vollständige Sammlung aller Konkordate. 2. Thl. Leipzig. 1831. p. 423.

tare, et in huiusmodi intentione a magna etiam populi parte favores Principis aucupante suisque propriis commodis negotium religionis ultro subordinante, adiuvari. Historia Germaniae plura suppeditat pro eo documenta atque exempla, quantopere studuerint Protestantes confessionem suam eiusmodi praecautionibus tutam reddere, hasquo ipsas pene in immensum proferre. Sic Fridericus Augustus Saxoniae Elector quum thronum Poloniae haud aliter quam abiurato praevie Lutheranismo conscendere posset, Statibus Saxoniae ex mutatione religionis a Principe facta periculum confessioni suae metuentibus die 25. Julii 1697. Asseccurationis scriptum consignare debuit, in eoque authentice declarare: mutationem religionis nonnisi personam suam concernere, nec ullum praeiudicium per eam confessioni protestanticae in Electoratu Saxoniae illatum iri. Ab edenda ac renovanda huiusmodi Asseccuratione nec Successores Friderici se dispensare potuerunt, imo notum est, ab hac epocha initium sumere eam in Electoratu Saxoniae consuetudinem, quod solis Lutheranis ad officia civilia ac religiosae administrationis aditus pateat, et ipsum catholicae Religionis exercitium tantum privatum fuerit. — Carolus Alexander Dux Würtembergiae cum a. 1712. Lutheranismum eiurasset, et a. 1733. Gubernii habenas arripuisset, solemni actu se obstringere debuit: permissurum se, ut confessio lutherana in Würtembergia porro quoque dominans perseveret, et lutheranis omnium iurium exercitium salvum maneat. — Maiore attentione dignum est, quod hoc ex obtutu in Landgraviatu Hasso-Casselano evenit. Dum enim Fridericus 2. Hassiae Landgravius vivente adhuc patre suo Guilielmo 8 religionem catholicam amplexus, a. 1754. patri in gubernio succedere debuisset, Status nil intentatum reliquerunt, quo religionis suae iura ac privilegia ab influxu Principis catholici secura redderent. Itaque primum die 1. Octobr. 1754. Actum asseccurationis (Religions-Assecurations-Act) per Principem subscribi; tum 28. Octobr. eundem iureiurando obstringi fecerunt, nil in actuali statu religionis innovatum, nec in ecclesiis, universitatibus, scholis, hospitalibus, fundationibus, verbo in quibuscunque relationibus ad confessionem evangelicam quidpiam mutatum

iri. Insuper Princeps spondere debuit, reditus omnes e memoratis institutis resultantes usibus primitus destinatis impendendos, et ab eis catholicos excludendos fore; ipsi porro iurisdictioni ecclesiasticae renunciare, hancque consistoriis evangelicis relinquere, item iurare, quod Universitates Marburgensem et Rintelniensem aliasque Lutheranorum scholas in suo actuali statu conservare, nec alios, quam lutheranos aut reformatos Professores ad illas designare, verbo nullo sub praetextu quidquam in statu religionis evangelicae innovare, et catholicis nullum religionis suae exercitium admittere velit, compulsus est. Tandem reversales super his ad Corpus Evangelicorum penes Diaetam Imperialem existens 6. Dec. 1754. mittere, et alia adhuc Assecurationis acta obsignare debuit: quibus conforme conclusum, seu, ut vocant, Recessum 11. Januarii 1755. Status ediderunt, et acta omnia a. 1765. sub titulo: „Unpartheyische Geschichte der im J. 1754. bekannt gewordenen Religionsveränderung des Herrn Landgrafen von Hessen-Cassel" typis exprimi fecerunt: ipsaque transactio inter Principem et Status inita sub tutelam Borussiae, Angliae, Sveciae, Daniae, et Reipublicae Hollandicae, prout et Corporis Evangelicorum Germanici posita. En quid non egerunt Protestantes, ut liberum religionis suae exercitium, cunctaque iura ac praerogativas eidem adnexa in tuto ponerent: ipsique Principes eorum catholici, tametsi legitimi ac naturales terrae domini, desiderata Assecurationis acta ultro subscripserunt! Possentne igitur Belgii incolae in tuenda religione sua minus solliciti esse, et an non potius ipsi quoque potentius urgeant, ut Religionem suam Catholicam, cui tam firmiter adhaerent, et quam velut unice veram religionem profitentur, ex incidenti suscipiendi per Principem Protestanticum Belgicarum regionum dominii tutam et securam reddant? Belgae sane ad partes officii sui pertinere indicant, supremas Potestates in Congressu congregatas provocare, ut auctoritate sua agere velint, quo liceat Belgii Catholicis secundum formam convenientissimam semet in Status reunire, ita, ut, in quantum possibile sit, antiquae populi Belgici constitutiones conserventur, et cum Principe dominium Belgii consecuturo solenne pactum ineatur

de inviolabiliter conservandis Religionis Catholicae Apostolicae Romanae iuribus et privilegiis, quibus ante Gallorum invasionem fruebatur. Liceat pro necessitate incundi pacti huiusmodi nonnulla argumenta in medium adducere.

1. Constat, Religiones Lutheranam ac Reformatam per constitutiones Imperii in Germania toleratas solum esse, prout et Religionem Catholicam, nullamve earumdem per constitutiones Germanicas in terminis, ut ita loquamur, adprobatam haberi. In Belgio e contra Religio Catholica inde ab initio constanter et authentice approbata exstitit. Si iam populis Germanicis toleratam religionem profitentibus talem ac tantam protectionem adversus Principis Catholici influxum experiri, iisdemque religionis suae securitatem per media maxime coërcitiva obtinere licuit, ipsique in hoc per summas etiam Potestates adiuti exstiterunt: an non licebit iuris istius usum Belgis facere in favorem Religionis, quae apud illos numquam defecit, sed inde ab eorum conversione ad Christianismum usque ad praesentem diem per tractatus maxime solemnes in exclusivo exercitio constanter firmata perstitit? Quis nescit, durantibus turbis introducta Sec. XVI. in Belgium reformatione excitatis, Commissarios Regis Hispaniae ad concludendam in Congressu Bredensi a. 1575. pacem nominatos, conservationem Religionis Catholicae in omnibus Maiestatis Suae statibus pro primario fundamento pacis habuisse, ita, ut exercitium ipsius nullatenus queat impediri, declarasseque eosdem, in materia Religionis nullam prorsus innovationem admitti posse, eo, quod Rex in actu solemni suae inaugurationis iureiurando ad Religionem Catholicam omni virium nisu conservandam sese obstrinxerit; interruptis vero deinde negotiationibus Status Generales Bruxellis a. 1577. congregatos Religionis Catholicae iura et privilegia, non obstantibus suis contra Hispaniam gravaminibus, se conservaturos spopondisse; demum Hispaniam a. 1609. ad ineundam pacem adactam in uno articulorum secretorum tractatus die 9. Aprilis signati id promisisse, quod in terris Brabanticis sub dominatum Statuum Hollandicorum deventuris nulla in negotio religionis mutatio inducenda sit? Ex hac autem decem Provinciarum Meridionalium ad religionem pa-

trum suorum constanti adhaesione Gubernium Hispanicum, perhibentibus eius temporis Historicis, id emolumenti traxit, quod eae sub sceptrum Hispaniae redierint, et in celebri tractatu pacis ultraiecti a. 1713. concluso statutum sit: Religionem Catholicam in Belgio Austriaco in eodem statu, in quo ante bellum fuit, conservandam fore. idem prorsus cautum fuit in tractatu a. 1715. in favorem Catholicorum Gueldriae et Flandriae inito: in quo et Religio Catholica in eodem statu, in quo temporibus Caroli 2. Regis erat, conservanda stipulabatur, et Status Generales ad manutenenda iura dioecesana Episcopi Ruremondensis, protegendumve publicum Religionis catholicae exercitium se obstringebant. — Emolumenta haec per conclusum anni 1718. denuo confirmata, et imperatores e domo Austriaca, quoties in provinciarum Belgii dominos inaugurabuntur, iureiurando se obstrinxere ad defensionem Catholicae Religionis. An non itaque congruum est, ut pacta haec et iuramenta solemnia, a patribus nostris tantis cum praecautionibus stipulata, hodie quoque exigantur? imo hodie multo amplior subversatur eadem exigendi necessitas, quod Princeps protestanticus gubernium Belgii adipiscatur.

2. Ipsius Principis Oraniensis, qui ad gubernacula Belgii vocatur, interest, ut praevie solenne pactum de conservanda in suis iuribus Catholica Religione exigatur. Longa enim constat experientia, quanta animi fortitudine Belgae Religioni suae adhaereant. Asseverare possumus, ab eo inde tempore, quo impia secta philosophiae suae venenum alibi omni studio propagare contendit, solum forte Belgium fuisse, quod insigni constantia philosophema eiusmodi repulit: prout unus de coryphaeis sectae d' Alembert saepius ipse confessus est. inde a regimine Mariae Theresiae identidem occasio nascebatur querulandi de maiore modernae philosophiae in dispositiones publicae administrationis influxu. Constat, Josephum 2. nullum amplius moderamen observantem absque fructu suam impendisse auctoritatem, quo Belgis nova sua plana et edicta cum independentia ecclesiasticae iurisdictionis haud conciliabilia accepta faceret: qui postremo iugum Caesaris excusserunt. · Neque potentiori ac formidabiliori Prin-

cipi magis successit eorum subiugare animos. Quamquam enim nominis illius timor, et militis bellicosi copis Belgis quoque terrorem incuterent: nusquam tamen eo pervenire valuit, ut imperiales suae constitutiones de universitate, catechismo imperiali, et quatuor articulis Cleri Gallicani in Belgio sedem figerent. Vel ex his evidens est, incolas Belgii, si Principi Protestantico regendi traditi fuerint absque eo, quin praevie de libero iurium ac privilegiorum Religionis Cath. exercitio et usu solenne pactum concludatur, in eoque determinetur, quousque in materia religionis Principi progredi liceat, optata pace ac quiete perfrui haud posse, sed potius ad quamlibet invasionis in iura spiritualia apparentiam querelis murmurique ansam praebitum, et postremo corda subditorum a Principe aversum iri. Nemo quidem negare potest, in Principe Oraniensi omnes eas qualitates concentrari, quae pronae sunt ad conciliandum illi subditorum amorem. At nec celeberrimae et prorsus conspicuae qualitates personales sufficiens praebent pro populo religionis suae studiosissimo huius ipsius religionis in sua integritate conservandae vadimonium, ni prius ope pacti praeciosos articulos complexuri limites influxus determinentur, quem Princeps eiusque Ministri ac Consiliarii in res religionis exerere possunt. Notum est, quot tractatibus, capitulationibus, pactisque inauguralibus libera ac plena iurium Religionis Catholicae explicatio in Belgio a seculis stipulata ac firmata fuerit: et tamen Principi Catholico philosophiae placitis seducto non deerant multiplicis illam violandi media, quorum consectarium generalis rerum perturbatio exstitit. Eadem causa hodie quoque eosdem effectus producere potest, cum Belgae religioni suae etiamnum fideliter constanterque adhaereant: apud quos proinde vel minima invasio iurium ad Potestatem Ecclesiae spectantium, aut violatio consvetudinum Regni eo maiorem gignere posset animorum exulcerationem, quod a Principe Protestantico proveniens, huic ipsi discrepantiae religionis inter Principem et subditos adscribenda videretur. Abusus potestatum civilium hoc in obiecto eo amplius hodie metuendi sunt, quod maior pars Status-Consultorum principiis falsae philosophiae addicta, non magnum conservationi Religionis

tribuat momentum. Quis enim nescit, quantopere hodie apud multos e Statusconsultis ignoretur, religionem esse primam et maximi momenti legem societatis civilis; quantopere item plurimi augendae Principum potestati intenti, eosdem ad tales quoque actus ponendos pertrahant, qui ad ambitum iurisdictionis sacrae pertinent? sicque pro eo, ut religionem eiusque ministros protegerent, legis ecclesiasticae executionem promoverent, actus externos Religioni ac Ecclesiae noxios punirent, quibusvis religionis negotiis temere se immiscent, nullum ius venerantur, et Principem ipsum Clero ac populo exosum reddunt.

8. Interest et Europae, ut Belgae cum suo Principe pactum inaugurale ineant: supremae enim Potestates Europae nunc unitae abs dubio ea intentione cupiunt Belgicas Provincias Oraniae Principi conferre, ut per id quodammodo aequilibrium inter potestates diversorum Europae Statuum inducatur. Successus autem novi istius systematis politici multum ab eo dependet, ut Belgae plena tranquillitate fruantur, omneque diffidentiae, scissionis ac turbarum semen ex animis eorum expellatur; — Belgae profecto non minus adhaerent suae religioni hodie, ac Angli suae ante revolutionem anni 1688. adhaeserant, quae Regem Jacobum 2. ad regno semet abdicandum coegit. — E re Politices foret, restabilire in Belgicis Provinciis antiquas constitutiones, quarum effectus proficuos longa docuit et probavit experientia, et de quibus a. 1790. in tractatu Hagensi cavebant Britannia, Borussia, et Status Generales unitarum Provinciarum. Per harum constitutionum concessionem Belgae firmius connecterentur cum Augusta domo Oraniensi, et intra paucos annos industriosa Natio Belgica ad summum prosperitatis gradum eveheretur. Non possumus equidem animo praesagire consectaria alterius systematis politici: ad casum nihilominus, quo antiquorum et venerabilium Belgii institutionum concessio minime e re fore iudicaretur, prorsus necessarium censemus, modo maxime solemni, praeciso et authentico Belgas de eo assecurare, quod Religio ipsorum cum omnibus suis iuribus ac praerogativis in antiquo statu conservanda sit: idque ut in ipso pacto inaugurali a Principe

praestetur, ac per quosvis eiusdem domus Principes occasione aditus regiminis renovetur, maximi sane momenti est.

Quodsi interim e causis nobis ignotis assecuratio, quam nos pro tranquillitate harum provinciarum prorsus necessariam censemus, a Principe praestanda tantopere necessaria haud iudicaretur: supplices sumus Summis Potestatibus in Congressu coadunatis, ut tractatui definitivo, per quem Provinciae istae Duci Oraniensi concedentur, sequentes articulos instar garantiae pro sancta Religione nostra inserere velint: 1. Omnes articuli antiquorum pactorum inauguralium, constitutionum, chartarum etc. in iis, quae liberum exercitium, iura, privilegia, exemtiones et praerogativas Religionis Catholicae Apostolicae Romanae, item Episcoporum, Praelatorum, Capitulorum, Ecclesiarum, aliorumve Religionis Institutorum et fundationum concernunt, conservabuntur eo addito, quod Summo Principi eiusque augustae familiae liberum sit profiteri suam religionem, eiusque cultum exercere in suis palatiis, castellis, et domibus regiis, quin tamen admittatur quocunque sub praetextu extra ambitum horum locorum templa exstruere. 2. Cum relationes in materiis ecclesiasticis cum Principe alterius religionis eaodem esse nequeant, ac fuerint cum Catholicis eiusdem praedecessoribus, quibus ad praesens sine interruptione parebat Belgium: hinc decretum Generalis Gubernii Belgici de 7. Martii 1814. circa negotia ecclesiastica latum et per DD. Commissarios generales Summarum Potestatum approbatum pro fundamentali Status constitutione adoptabitur: vi cuius nimirum agnoscere oportebit, negotia ecclesiastica in manibus auctoritatum spiritualium relinquenda, ac ad eas in causis religionis recurrendum esse. 3. Consilium Status, quod mixta negotia tractabit, et nomine Regis aget, ex solis Catholicis componetur, in eoque minimum duo Episcopi partem capient. Ceterum totum Status Consilium ex Praelatis, principalibus Regni Nobilibus, et Dicasteriorum, tribunalium, magistratuum primariis coalescet. 4. Liber ad communem fidelium Patrem recursus et clero et incolis harum provinciarum semper permittebatur, pro eoque facilitando Summus Pontifex penes Guberuium Generale Nuncium habebat

Bruxellis residentem. Nunciatura igitur restituetur, et Praelatus hoc charactere ornatus erit una minister diplomaticus penes Principem in iis, quae temporalia commoda respectivorum Statuum concernunt. Cum Nuncio solum Status Consilium tractabit nomine Principis de negotiis ecclesiasticis ad eum pertinentibus, qualia sunt Episcoporum designatio etc. 5. Concordatum novum inter S. Sedem et Principem Oraniensem concludetur, circa Episcoporum nominationem et dioecesium Belgii circumscriptionem, ut scilicet leges illae defigantur, juxta quas ecclesiasticae dignitates ceteraque beneficia, quae hactenus e denominatione Regia conferebantur, deinceps conferenda erunt. — 6. Quo autem Clerus in exercitio functionum suarum perpetua gaudeat libertate in sensu SS. Canonum, non sufficit, ut Episcopis iurisdictio externa libera servetur, ipsique quaevis media ad manutenendam in suis dioecesibus disciplinam ecclesiasticam, ad reformandos abusus, ad invigilandum institutioni doctrinae catholicae in cunctis institutis educatoriis necessaria plena cum auctoritate arripiant: sed requiritur insuper, ut dotatio cleri sit irrevocabiliter defixa et a civili auctoritate independens. 7. Universitas Lovaniensis restituatur: cuius nimirum restituendae et pristino suo splendori reddendae hodie cumprimis in tanta principiorum a religione catholica alienorum perversitate, magna adest necessitas. 8. Ordinum Regularium Instituta restabiliantur.

312.

Repraesentatio Oratorum Ecclesiae Germanicae ad Congressum Vindobonensem a. 1814. iura et praerogativas Ecclesiae Germanicae per Secularisationem amissas reclamans. *)

Deutschlands katholischer Kirche verdankt das Vaterland und selbst der grössere Theil des übrigen Europa's seine Religion und Cultur. Das Vaterland hat die hohen Verdienste seiner ehrwürdigen Kirche nicht verkannt. Seit langen Jahrhunderten steht sie da als ergänzender Theil

*) *Klüber*, Acten des Wiener Congresses. I. B. Erlangen. 1815. II. Hft. p. 28.

einer beglückenden Verfassung. Ihr Ansehen, ihr Einfluss, ihre Rechte und ihr Eigenthum sind anerkannt, geehrt, und für unantastbar erklärt, die Reinheit ihrer göttlichen Lehre bewahrt, und der Glaube und das Gewissen gesichert. Die zerstörende Revolution, welche in unserer Zeit von Frankreich ausgegangen war, und fast alle Theile Europa's entzündete, hat alle Grundprincipien der bürgerlichen Gesellschaft ergriffen, und in ihrem Geiste hat sie vorzüglich Deutslands katholische Kirche zerstört. Nachdem das Vaterland in langen und unglücklichen Kriegen die Beute des Feindes geworden war, konnte es den nöthigen und lange ersehnten Frieden nur mit der schwersten Aufoferung und Vernichtung seiner Verfassung erkaufen. Der Ersatz für das Verlorne wurde auf geistliche Staaten angewiessen, und die Säkularisation aller geistlichen Besitzungen als Grundsatz der Entschädigung sanctionirt. Mit der Abtretung der linken Rheinseite sah nun Deutsland alle seine vorzüglichsten Erz- und Bisthümer — zerfallen, und von allem diesem Vermögen blieb der so wohl fundirten Kirche nichts übrig, als zum Theil die Almosenspende eines kärglichen Lebensunterhaltes für ihm vorhandenen Diener. Selbst die ausdrückliche Stipulation des Reichsdeputationsschlusses von 1803. dass die Güter der deutschen Kirche, wenigstens zum Theil zur Verwendung und Dotation der Bischöfe und ihrer Capitel dienen sollen, hat die fortwährende Zernützung bisher noch unausgeführt gelassen. Gegenwärtig haben die gesegneten Waffen der höchsten Verbündeten die linke Rheinseite dem deutschen Vaterlande wieder gegeben, und daher die proclamirte Ursache der Säcularisation der geistlichen Staaten aufgehoben.

Die säkularisirten geistlichen Fürstenthümer könnten vor dem unpartheyischen Tribunal der Gerechtigkeit auf die Restitution ihres vorigen Zustandes, ihrer Dignitäten und Rechte den gültigsten Anspruch machen, um so mehr, als es der Weisheit erleuchteter Staatsmänner nicht entgehen kann, dass dem wohlthätigen Berufe der Religion nie nöthiger gewesen ist, im Besitze der erforderlichen Kraft und Mittel zu seyn, um der göttlichen Lehre Christi wirk-

samen Eingang zu verschaffen, das entartete Zeitalter wieder zur Religion zu erheben, zur Ehrfurcht gegen seine Regenten, und zum Gehorsam gegen die Gesetze zurückzuführen.

Allein die deutsche Kirche, stets ergeben in den anbetungswürdigen Willen der Vorsehung, glaubt in dem wichtigen Zeitpuncte eines zur Wiederherstellung der Ordnung und Gerechtigkeit vereinigten Congresses wenigstens verpflichtet zu seyn, vorzüglich jene Rechte vindiciren und reclamiren zu müssen, welche ihr nicht von einer weltlichen Gewalt, sondern von Gott mit dem ausschliesslichen Befehl übertragen worden sind: „regere Ecclesiam Dei."

I. Die katholische Kirche, während sie in ihren Tempeln vor den Stufen der Altäre den Gott der Heerschaaren für den Triumph der errungenen Freiheit der Nationen ihre Dankgebete darbringt, beweint den elenden Zustand ihrer Verwaistheit, wie die fremden Eingriffe in ihre Dogmen, Gesetzgebung und Jurisdiction. 1. Ihre bischöflichen Stühle sind fast alle leer. Ihre Capitel, ein wesentlicher Bestandtheil der deutschen Kirchenverfassung und Freiheit, aufgelöst, deren Prälaten zerstreut, ihrem Berufe entzogen, oder veraltet und gestorben. 2. Die Grenzen der Diöcesen sind in den Staaten des rheinischen Bundes willkührlich nach der Veränderlichkeit der weltlichen Landesgrenzen grösstentheils verrückt. 3. Die Religiösen Institute — sind vernichtet, und ihre alten Bewohner zum grössten Theil in eine Welt hinausgestossen, die ihrem zurückgezogenen und betrachtenden Leben durchaus fremd ist. 4. Die Diener der Kirche sehen sich immer mehr und mehr in Ausübung ihres Amtes den Verfügungen der weltlichen Gewalt in allen Beziehungen unterworfen. Der Drang der Zeiten liess alle Klagen und Vorstellungen ohne Erfolg. Über die Vorsteher und Diener der Kirche schien die Vorsehung die härtesten Prüfungen verhängt zu haben. Sie duldeten ohne Murren, im Geiste ihres göttlichen Stifters, nach dem grossen Beispiele des heil. Vaters. Der Geschichte bleibt es überlassen, alle Zerstörungen der verwichenen Unglücksepoche aufzuzeichnen. Die Kirche sieht nur jetzt der Wiederherstellung

der gesellschaftlichen Ordnung und Grundsätze entgegen, welche die Fürsten Europa's mit vereinter Kraft und mit hoher Weisheit zurückgeführt haben, und die sie durch einen dauerhaften Frieden zu befestigen eben im Begriffe sind. In diesem grossen Momente verdient die katholische Kirche eine vorzügliche Berücksichtigung. Zu ihrer beglückenden Lehre bekennt sich der grössere Theil dieser denkenden Nation, nach ihrem angestammten Frömmigkeitssinne, durchdrungen von der Überzeugung, dass zu dem Seyn und Wesen ihrer Kirche die Unabhängigkeit in der Verwaltung ihres Hirtenamtes, wie ihrer geistlichen Gerichtsbarkeit, die freie Wahl ihrer Bischöfe, die Erziehung, Bildung und Anstellung ihrer Diener gehören. — Nur ein leichtsinniger und verwirrter Zeitgeist konnte die Heiligkeit dieser Grundsätze verkennen, die traurigen Folgen aber, welche diese Verkennung und die Irrthümer des Zeitgeistes nach sich gezogen haben, sind der beste Beweis, wie dringend nothwendig es sey, die deutsche kathol. Kirche in ihre alte Würde und in ihr wohlthätiges Ansehen wieder herzustellen. Die deutsche Kirche vertraut hierin nicht allein auf die fromme Gerechtigkeit ihrer katholischen Fürsten, sondern auch auf den gerechten Sinn und die Weisheit jener Regenten, die einer andern Confession zugethan, deren Scepter aber Millionen katholischer Christen unterworfen sind. — —

Die Gemüther der Gläubigen werden bei der Beeinträchtigung ihrer Kirche, bei der Abhängigkeit ihrer Oberhirten und Lehrer entweder in ihrem religiösen Gefühl beunruhigt und misstrauend, oder kalt gegen alles Heilige und Ehrwürdige. Ist einmal der Mensch in seiner Religion, in seinem innern Frieden gestört, oder gleichgültig für seinen Glauben und seine Hoffnung, dann kann die gefährliche Wirkung auf den Bestand der äussern Ruhe nicht lange mehr zweifelhaft seyn. In beiden Fällen gebietet demnach das Unglück, welches aus dem verwaisten Zustande die Wohlfahrt des Staats mit jedem Tag bedroht, dass der würdige Bedacht genommen werde a) auf die vor allen Dingen nothwendige Besetzung der bischöflichen Stühle; und b) auf die weise Ergänzung ihrer Cathedral-Kapitel,

so wie sie für den beständigen Rath der Bischöfe und deren Wahl geeignet seyn müssen. Da hievon die Wiederherstellung der verfallenen Kirchendisciplin, die Einrichtung der Seminarien, die sorgfältige Erziehung und Bildung der Geistlichen, die Aufsicht über den Klerus, und die Leitung des religiösen Unterrichts in den Schulen, somit das ganze Fundament der Wohlfahrt der Kirche und des Staats vorzüglich abhängt, so ist höchst dringend, für die Besetzung der bischöflichen Stühle ohne Aufschub Vorsehung zu treffen. In dem gegenwärtigen Zustande der teutschen Kirche fällt das Recht und die Verbindlichkeit ohnehin unbezweifelt auf das Oberhaupt der allgemeinen Kirche, für diesen Fall und vermöge seiner Autorität für die Besetzung der bischöflichen Stühle nach den Bedürfnissen der Zeit durch die Wahl neuer Bischöfe die weise Vorsehung zu treffen. Dieses wird nicht nur das zureichende Mittel sein, die Gemüther der Gläubigen zu beruhigen, sondern auch den beiderseitigen wesentlichen Verhältnissen und Erfordernissen der Kirche und des Staats vollkommene Genüge zu leisten, deren wahre Zwecke so innig verbunden sind. Sind auf solche Art die verwaisten Stühle wieder mit vaterländischen Bischöfen besetz, so wird es weniger schwer seyn, die Cathedral-Kapitel wieder herzustellen, und so zu ergänzen, dass sie fähig sind ihren Officien und Obliegenheiten Genüge zu leisten, dass so fort aus deren Mitte und freier Wahl würdige Bischöfe unter den erforderlichen Eigenschaften für die Zukunft hervorgehen können; wie es sowohl den canonischen Vorschriften gemäss, als auch in den Sitten und Gewohnheiten dieser biedern Nation seit so vielen Jahrhunderten gegründet ist, deren katholischer Theil diese freie und canonische Wahl der Bischöfe durch die Kapitel als das kostbarste Privilegium der germanischen Kirche betrachtet.

Um nun alle diese Hindernisse zu entfernen, welche der Freiheit der teutschen Kirche seither im Wege gestanden, und sowohl die Wiederherstellung derselben zu bewirken, als auch die Gefahr, welche auf jedem längern Verzug haftet, zu beseitigen, bietet sich kein gerechteres, be-

ruhigenderes, und zugleich angemesseneres Mittel dar, als die Gerechtigkeit und Frömmigkeit der allerhöchsten Mächte devotest zu imploriren, um vordersamst auszusprechen: a) dass die kathol. Kirche wieder in ihre eigenthümlichen Rechte eingesetzt, und in dem Besitz ihrer Rechte mit Inbegriff der freien Wahl der Bischöfe durch die Kapitel gegen jeden fremden Eingriff erhalten und gesichert werde; b) dass demnach die Verhältnisse der Kirche zum Staate, was die Ausübung der kirchlichen Rechte betrifft, ohne Rücksicht auf alle zum Nachtheil derselben statt gefundenen Neuerungen, in jenen Zustand wieder herzustellen seyen, wie sie früher in Teutschland bestanden haben; und c) dass jener Grundsatz der alten teutschen Kirchenfreiheit bei allen über diesen Gegenstand noch weiterhin zu treffenden Bestimmungen als die Grundlage aufgestellt und angenommen werden solle.

II. Teutschlands katholische Kirche reclamirt ihr Eigenthum, auf welches sie nie Verzicht leisten darf. Wenn diese Reclamation jedem Privatmann erlaubt ist, so kann sie um so weniger jener ehrwürdigen Mutter übel gedeutet werden, die keinen andern Gebrauch von ihrem Vermögen macht, als zur Beglückung der Menschen. Die teutsche Kirche reclamirt demnach: a) alle ihre kirchlichen Besitzungen, welche noch nicht veräussert sind; b) ihre veräusserten Besitzungen, in so weit sie nach den bestehenden Rechtsprincipien und Gesetzen einlösbar sind; c) in Ansehung des Restes ihres Eigenthums, vertraut sie auf die Gerechtigkeit der höchsten Regenten, dass der zureichende Ersatz durch angemessene Entschädigungen in unbeweglichen Besitzthümern wenigstens in so weit geleistet werde, als zur Fundation der Bisthümer, ihrer Kapitel, Seminarien, Pfarreien, so wie ihrer kirchlichen und wohlthätigen Institute nothwendig und erforderlich ist. Was die Kirche hier zurückfodert, war und ist noch ihr Eigenthum, das als solches selbst in der Meinung aller rechtlichen Menschen geehrt wird. In so weit diese Kirchengüter noch nicht veräussert sind, berührt ihre Rückerstattung das bürgerliche Eigenthum nicht. Da wo die gefoderte und anerkannte Restitution

zur Ehre des Rechts und des Gesetzes geboten wird, können sich die Besitzer in ihrem Gewissen für rechtmässige Eigenthümer ohnedies nicht halten. Wenn aber auch der Rechtsgrundsatz der vollem Wiedererstattung von dem Tribunal einer rücksichtslosen Gerechtigkeit in seiner Strenge ausgesprochen werden müsste, so verbürgt der milde Geist, der zum Wesen der Kirche gehört, jede billige Mässigung in der Anwendung. Die Kirche besitzt ihr Eigenthum nur zum Wohl und Glück der Völker. Ihrer hohen Bestimmung genügt die Ausübung der Liebespflichten jeder Art. Bei ihr findet jeder Stand nnd jede Classe erleichternde Unterstützung zum edlen Beginnen. Erziehung der Jugend, Bildung ihres Geistes und Herzens, Leitung ihrer Studien in den Grundwissenschaften, gehören in den Umkreis ihrer wesentlichen Pflichten. Durch Ausübung der Gerechtigkeit für die wohlthätigen teutschen Kirchen-Anstalten kann demnach der Staat nicht anders, als die wichtigsten Vortheile gewinnen. Der Sinn der Völker zu frommen Thaten wird wieder gewonnen; ihre Gemüther werden fortan der Wahrheit, dem Rechte, und der Billigkeit wieder huldigen, und so der Zukunft ein biederes Geschlecht in Tugend und teutscher Kraft bereitet werden. In der Harmonie gerechter und frommer Regenten mit der heiligen Kirche werden die Nationen das Glück eines väterlichen Regiments ehren und lieben, wird sich der Grundsatz des Evangeliums nach seinen heilbringenden Wirkungen für die allgemeine Wohlfahrt immer mehr bewähren: „zu geben dem Kaiser was des Kaisers, und Gott was Gottes ist."

Wien, am 30. October 1814. Für die kath. Kirche Teutschlands: Freyherr v. Wambold, Domdechant von Worms; J. Helfferich, Präbendär bei der Domkirche zu Speyer.

313.

Alia repraesentatio nomine Catholicorum Germaniae eidem Congressui exhibita reclamat pariter liberum iurium Eccl. Cath. exercitium, signanter ius, bona ecclesiastica et fundationes pias independenter a civili potestate administrandi. *)

Die Rathschlüsse der göttlichen Vorsehung hatten in einem Zeitpuncte von einigen zwanzig Jahren fast unglaubliche und wunderbare Abwechslungen in den politischen und kirchlichen Verhältnissen Europens herbeigeführt; Staaten verschwanden, und lebten wieder auf. Die ganze hierarchische Ordnung des katholischen Religions-Gebäudes schien einem Zusammensturze nahe; durch eine unvermuthete Umwendung der Dinge trat das ehrwürdige Oberhaupt der kathol. Kirche, das ganz aus der politischen Welt vertilgt zu seyn schien, so zu sagen, ganz unbemerkt, ohne Beiwirkung eines Menschen mit vollem Glanze in seine vorige Lage wieder ein. Die ganze Welt schien zu einer vollständigen Umwandlung bestimmt zu sein. — Plötzlich nahm der Gang der Zerstörung eine unerwartete Wendung, dem Strome des Verderbens wurde Stillstand geboten, und unsere erhabenen Souveraine stehen nun an dem Puncte, auch die aufgelösten Bande der deutschen Staatsverfassung wieder in eine feste und dauerhafte Ordnung zu knüpfen. — Da wir gegenwärtig blos als Glieder einer religiösen und kirchlichen Gemeinde, der katholischen, auftreten, so ergibt sich von selbst, dass unsere Bitten und Wünsche sich ausschliesslich auf Religion und Kirche beziehen, und in diesem Gesichtspuncte wird es uns dann erlaubt seyn, vorzüglich unser rechtliches Gesuch auf alles dasjenige auszudehnen, auf das wir als Katholiken nach den allgemeinen Zusicherungen des Lüneviller Friedens, und nach den darauf gegründeten Reichs-Abschlüssen und Recessen sowohl, als nach den besonderen ausdrücklichen Versprechungen un-

*) *Klüber*, op. cit. p. 80.

serer höchsten Landesväter rechtliche Ansprüche machen zu können beglaubt sind.

1. Nach dem Inhalte und den wiederholten Zusicherungen und Bestätigungen des Friedens von Lüneville, nach den ausdrücklichen Aeusserungen der französischen Regierung, und nach den eigenen Stipulationen der deutschen Fürsten ist die katholische Religionsausübung und Kirchenverfassung sammt dem äussern Gottesdienste, den dieses Religions-Bekenntniss als zweckmässig anerkannt und festgesetzt hat, ihren Bekennern feierlich verbürgt.

3. Aus dem nämlichen Grunde oder nothwendigen Verbindung mit unserer Kirchenverfassung und Gottesdienste dürfen wir auch von den gerechten Gesinnungen unserer Souveraine erwarten, dass die unmittelbare Aufsicht und Leitung, und die allenfalls nothwendigen Verbesserungen unserer Kirchenverfassung, die Anfrechthaltung unsrer Glaubenslehre, die Bestimmung und Handhabung unserer gottesdienstlichen Ceremonien, Gebräuche, Kirchensatzungen, Feste, Andachten, der kirchlichen Ordnung und Disciplin, so wie auch die Aufsicht und Errichtung der Seminarien, und anderer kathol. Lehrinstitute und Corporationem, etc. als Gegenstände, welche mit der Wesenheit der innern und äussern Religionsverhältnisse in engster unzertrennlicher Verbindung stehen, unseren Kirchenvorstehern und dem Oberhaupte der Kirche um so unbedenklicher in ihrem ganzen Umfange überlassen bleiben, als diese Befugnisse in nothwendiger und consequenter Ableitung aus der allgemeinen, von ihrem Ursprunge an anerkannten Unschädlichkeit unseres Cultus von selbst hervorgehen. Man würde das zarte Ehrgefühl unserer höchsten Landesväter selbst beleidigen, wenn man ihnen auch nur die Vermuthung beimessen sollte, dass ihre durchlauchtigsten Vorfahrer, oder auch diejenigen Fürsten, welche diesen Beispielen der Vorzeit nachahmen, und überhaupt diejenigen Staaten, welche unbegrenzte Achtung der katholischen Religionsübung bezeigen, und die Leitung und Aufsicht über die katholischen Kirchenpersonen und Angelegenheiten den Kirchenvorstehern ganz überlassen, etwas Ungeziemendes oder wohl gar

Ungerechtes und Schädliches gegen den Staat oder die Menschheit sich zu Schulden kommen liessen. Diejenigen Fürsten, welche sich als Mitglieder unserer Kirche selbst bekennen, dürfen wir die besondere Achtung unseres Cultus von selbst zutrauen, und die Fürsten, welche einer andern Religionsgemeinde zugethan sind, werden sich mit dem allgemeinen Inspectionsrechte des Staates beruhigen, welches ganz gewiss zureichend ist, um jede aufsteigende Besorgniss eines Missbrauches zu beseitigen, und um durch angemessenes Benehmen mit dem Kirchenoberhaupte nach dem von jeher bestandenen Herkommen die allenfalls sich einschleichende Missgriffe gleich in ihrem ersten Keime zu ersticken. Lassen doch auch selbst Staaten, die gar nicht mit uns in Kirchengemeinschaft stehen, wie z. B. die erlauchte Russische Nation, ja sogar Reiche, die nicht einmal im entferntesten Religionsverbande mit uns sind, wie z. B. das Ottomanische Reich, den in ihren Ländern sich aufhaltenden katholischen Christen die obenbeschriebenen Befugnisse ungestört üben, ohne zu befürchten, dass dadurch dem Staate ein Nachtheil oder etwas Schädliches zugehen würde.

Dieses sind die Erläuterungen und Beschwerden, welche wir gegen das landesherrliche Gesetz vom 7. Oct. d. J. — in schuldiger Ehrfurcht vorzutragen uns verpflichtet fühlen und zu gnädigster Aufnahme und Berücksichtigung empfehlen. Wir verkennen das mancherlei Gute nicht, welches in jenem Gesetze enthalten ist, und danken dafür im Namen der Katholiken, deren Wohl dabei beabsichtigt wird; aber es kommen, wie wir es dargethan haben, mehrere Verfügungen darin vor, die sich mit der Glaubenslehre, mit der allgemeinen Disciplin, mit den wesentlichen und unveräusserlichen Rechten, und mit der natürlichen und gesetzmässigen Freiheit der kath. Kirche durchaus nich vereinigen lassen, wie jeder gründlich unterrichtete Katholik, ja jeder mit unsrer Lehr- und Kirchenverfassung bekannte unpartelische Protestant auf den ersten Blick erkennen muss. Gegen diese Verfügungen müssen wir, als die dabei vorzüglich interessirte bischöfliche Behörde, wie hiermit geschieht, förmlich und feierlich protestiren und die dadurch tief gekränkten Angelegenheiten unsrer Kirche und der uns untergebenen kath. Geistlichkeit, so wie des kath. Volks — unsern schweren Pflichten gemäss, in Schutz nehmen, und um Abänderung solcher Verfügungen die Gerechtigkeit des

Staatsoberhaupts anflehen. Es kommen ferner allzu harte, bedeukliche, einer ruhigen Erläuterung bedürfende Artikel in jenem Gesetze vor, deren Modification und Milderung zu Gunsten der Katholiken und ihrer geistlichen Vorsteher, wir von der so hochgefeierten Güte und Humanität des durchl. GH. vetrauensvoll hoffen dürfen. So flehen, so hoffen wir, gestützt auf die Grundsätze der Gerechtigkeit, der christlichen Liebe, und des Friedens, welche Se. K. H. der GH. zu achten und zu befolgen gewohnt ist, und welche die allerh. Monarchen nach den Vorschriften der Religion unsres Heilandes in der am 26. Januar 1815. zu Paris abgeschlossenen heiligen Allianz, im Angesichte der ganzen Welt, sich zur Richtschnur gemacht haben; Grundsätze, vermöge deren man selbst der Jüdischen Synagoge ihren kirchlichen Haushalt zu bestellen und zu leiten ungestört lässt; Grundsätze, nach denen keines Bürgers Freiheit, wenn er nicht über Unrecht klagen soll, über die Gebühr beschränkt, um so weniger jene einer moralischen Person, der Kirche, so hart verletzt werden darf, welche ohnehin zum öffentlichen Wohle so kräftig mitwirkt; Grundsätze, nach denen der Staatsregent allerdings befugt ist, den etwa eintretenden Missbrauch der Kirchengewalt, und daraus entstehenden Nachtheil abzuwehren, aber das Recht nicht haben kann, nothwendige Handlungen derselben zu verbieten oder von seiner Genehmigung abhängig zu machen. Die Wichtigkeit des Gegenstandes und der Gewissensdrang, in welchen wir uns versetzt fühlen; nöthigt uns diese freimüthigen Aeusserungen ab. Es ist nicht unsere Privatsache; der es hier gilt; es ist das Interesse der ganzen kath. Kirche, das Interesse, die Beruhigung, und rechtliche Behandlung ihrer Angehörigen in den grossherz. Landen, deren oberhirtliche Leitung unter solchen Umständen unmöglich ist, und von keinem Bischofe, von keinem bischöflichen Stellvertreter übernommen werden kann; es ist die Fortdauer ihres kirchlichen Lebens, es ist eben darum die Ruhe, die Ehre und der Ruhm des Staates selbst, um was es sich hier handelt! soll der Verband mit der hiesigen bischöflichen Behörde, welchen die kath. Geistlichkeit in den Aemtern Geisa

und Dermbach so gern zu erhalten wünschte, gelöst werden, so tragen wir die Schuld nicht, so soll unsere geistliche Jurisdiction über jenen Theil unsrer Diöcese, wie wir sie gewissenhaft geführt haben, auch mit Ehren zu Grabe gehen. Fulda den 19. Dec. 1823. *Generalvicariat des Bisthums Fulda.*

B) *Pontificatus Leonis XII. a. 1824—1829.*

1. Ipsius Summi Pontificis Constitutiones et Epistolae pro tuendis Ecclesiae iuribus.

319.

Leo XII. in bulla unionis Cantoris Sultensis cum Episcopatu Curiensi in Helvetia a. 1824. edita ius proprietatis bonorum ad dotem Ecclesiae et Eppatus pertinentium Potestati Ecclesiasticae adserit. *)

Leo XII. Imposita humilitati nostrae in rem christianam universam sollicitudo proferre nos adigit apostolicae benignitatis dispensationem ad ea comparanda, quibus in dominici gregis utilitates felicius prospectum iri dignoscamus. Hoc proinde consilio in eas veterum dioecesium divisiones ac novas applicationes annuendum utplurimum censemus, quibus facilior atque commodior sacrorum procuratio fideli populo concilietur. — —

— — Ut autem solutionis praedictarum summarum Episcopo, binis Canonicis forensibus Pagi Suitensis, et Seminario Curiensi in singulos annos assignatarum securitati stabili ratione consulatur, Pagus Suitensis bona — libera et

*) Theologische Quartalschrift. Tübingen. 1825. p. 367.

a quovis onere soluta tenebitur assignare, quorum dominium et proprietas ad Ecclesiam pertinebit: Pagi tamen Magistratus requirente Episcopo eorumdem bonorum suscipere poterit administrationem curamque gerere sequentibus sub conditionibus: nempe ut ista bona vere sint proprietas Ecclesiae eorumque dominium ad Ecclesiam perpetuo spectet; ut singulorum annorum redditus ex iis provenientes nonnisi pro supra recensitis causis et dotibus impendantur; ut cuilibet Episcopo Curiensi ius sit per se vel per delegatum suum praedictorum bonorum administrationem et pecuniarum distributionem inspiciendi; ut bona ipsa nullo unquam tempore nulloque praetextu amoveri ex loco aut extra fines Pagi Suitensis extrahi possint; ut denique si forte progressu temporis huiusmodi bonorum redditus insufficientes evadant, Pagi Magistratus hoc non obstante promissas Episcopali mensae, duobus Canonicis forensibus ac pauperioribus Suitensibus Seminarii alumnis annuas summas integre solvere teneatur. — —

Datum Romae apud S. Petrum a. 1824. decimo septimo Calendas Januarii.

320.

Idem PP. in bulla circumscriptionis Dioeceseos Hildesimensis a. 1824. edita ius eligendi Eppum Capitulo attribuit, ac nonnisi personam Regi gratam, ceterisve qualitatibus per SS. Canones requisitis instructam eligi in Eppum posse statuit. *)

Leo XII. Impensa Romanorum Pontificum sollicitudo, qua in universae Catholicae Ecclesiae bonum advigilant, ad ea procuranda ipsos compellit, quibus fidelis populi commoditati consulatur, ut pro locorum ac temporum ratione facilius ad ea pertrahatur, quae sint divini cultus, quaeque ad aeternam animarum salutem valeant conducere. Hinc assiduis ipsi studiis in id semper connisi sunt, ut dominico

*) *Müller*, Lexicon des Kirchenrechts. 5. B. 2. Aufl. p. 123.

gregi nunquam deessent pastores, qui eum in salutaria pascua deducerent, et in iustitiae semitis retinerent. Id sane potissimum intendit praedecessor noster fel. rec. Pius VII. pro cura, quam in Religionis utilitates, ubi maxime de ipsius discrimine metuendum videbatur, enixe impendebat, quando post teterrimas praeteritorum temporum calamitates omnibus in tota Germania Episcopalibus Sedibus opportune prospicere studuit, cogitationesque suas pariter convertit ad duas antiquitate et dignitate praestantes Ecclesias Hildesimensem scilicet atque Osnabrugensem, quae usque a Caroli Magni aevo suam ducunt originem, quaeque nunc intra fines Hannoverani Regni continentur. Re propterea collata cum Serenissimo Georgio IV. Regnorum M. Britanniae et Hiberniae unitorum nec non Hannoverae Rege ac Brunsvicensi et Luneburgensi Duce laudatus Pontifex, auditis etiam nonnullis ex Ven. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, de faciliori ratione deliberandum censuit, quae in tanta rerum conversione occurrebat, unice ad binas illas Episcopales Sedes cum suis Capitulis aliquo pacto conservandas, atque ad dotem ipsis, ac dioecesea, quo posset aptius praefiniendas. Cumque nos meritis licet imparibus ad Summi Pontificatus apicem divina sic disponente benignitate fuerimus evocati, in id etiam incumbere debuimus, ne de illa Catholici gregis portione minus solliciti videremur. Perspeximus quidem a sacrorum canonum rigore haud mediocriter temperandum fuisse, multumque locorum, temporum, ac personarum conditioni, aliisque idgenus peculiaribus adiunctis tribuendum. Ast cum maxime congruat, praedecessorum vestigiis inhaerere, atque ad exitum perducere, quae Pius 7. morte praeventus nequivit apostolicae auctoritatis munimine roborare, novum in Hannoverano Regno Ecclesiarum et Capitulorum statum novosque dioecesium limites ad eorum normam, quae laudatus praedecessor duxerat admittenda, constitui necessarium conspeximus.

— — Quotiescunque aliqua ex supradictis Sedibus Episcopalibus tam Hildesimensi, quam Osnabrugensi, quae ambae perpetuis futuris temporibus immediate subiectae erunt Apostolicae Sedi, vacaverit, illius Cathedralis Eccle-

siae Capitulum intra mensem a die vacationis computandum Regios Ministros certiores fieri curabit de nominibus Candidatorum e Clero totius Regni selectorum. — Ac si forte aliquis ex Candidatis ipsis Gubernio sit minus gratus, Capitulum e catalogo eum expunget, reliquo tamen manente sufficienti Candidatorum numero, ex quo novus Episcopus eligi valeat. Tunc vero Capitulum ad canonicam electionem in Episcopum unius ex Candidatis, qui supererunt, iuxta consvetas formas procedet, ac documentum electionis in forma authentica intra mensem ad Summum Pontificem perferri curabit.

— Datum Romae apud S. Mariam Majorem anno 1824. septimo Calendas Aprilis.

321.

Literae Leonis XII. ad Ludovicum XVIII. Galliae Regem, quibus Rex provocatur: ut ea, quae in legislatione Gallicana libertati ac iuribus Potestatis Ecclesiasticae adversa sunt, ocyus modificari curet, Ecclesiamve in sui muneris exercitio prorsus liberam esse sinat. dd. 4. Junii 1824.

(Ex Gall.) *)

Leo XII. Wir richten ein zweites Schreiben an Sie, das wir selbst dictiren, um Ihnen die Geheimnisse unsers Herzens zu offenbaren, und Ew. Maj. mit der grössten Aufrichtigkeit und ohne Rückhalt unsere Bekümmernisse und Gefühle auszusprechen. Bei allem Schmerz, der uns überwältigt, wenn wir die ungeheuren Unfälle betrachten, welche die Neuerer durch ihr System unter tausend verschiedenen Formen angerichtet haben, und wenn wir den sklavischen Zustand bedenken, in dem die kath. Kirche schmachtet: fanden wir einigen Trost im Hinblick auf Frankreich, welches eine bessere Zukunft für die Religion der Väter verspricht, und das vom Beispiel seines Regenten und der königlichen Familie einen so mächtigen Antrieb zum Guten er-

*) *Scherer*, Papst Leo der Zwölfte. Schaffhausen. 1844. p. 136.

hält. Es fehlt jedoch viel, dass unsere Freude vollkommen sei. Erlauben Ew. Maj. dass wir unser Herz Ihnen ganz eröffnen.

Die kath. Geistlichkeit verdankt es ihrer wohlthätigen Fürsorge, dass ihre Lage wenigstens in etwas besser geworden ist; aber bis jetzt ist sie noch nicht genug beschützt von den Gesetzen, nicht hinreichend unterstützt von den Magistraten. Die edlen Bemühungen so vieler evangelischer Arbeiter finden oft Hindernisse und werden immer wirkungslos gemacht durch so viele Mittel der Verführung, besonders durch die Verbreitung schlechter Bücher. Eine Gesetzgebung, welche die Religion in so vielen Beziehungen beeinträchtigt, besteht noch immer fort. Jeder darf denken und glauben, was ihm beliebt, und die Professoren der heiligen Sprachen müssen sich durch einen Eid verpflichten, Lehren vorzutragen, welche jener Klasse von Meinungen angehören, die schon die Ursache so grossen Unheils gewesen, und den Feinden der Religion schon so mächtige Waffen zu deren Bekämpfung und Verspottung in die Hand gegeben haben. Eine Menge Schriftsteller schiessen ungestraft ihre Giftpfeile auf die Religion ab, und das Pastoralschreiben eines in so vielen Beziehungen verehrungswürdigen Cardinal-Erzbischofs wird ohne Rücksicht und Schonung eingeklagt und verurtheilt. Indessen wartet das Concordat von 1817. noch immer auf die von unserm glorreichen Vorgänger umsonst nachgesuchte und verlangte Vollziehung. Die vielen Früchte, die er davon erwartete, und um deren willen er es auch unterzeichnete, haben bisher noch immer gefehlt, und wir wünschen mit Ungeduld, diese Früchte ohne längern Verzug einsammeln zu können. — Einer der wichtigsten und dringendsten Gegenstände sind die Ehen. Wir hören zwar, dass man ihnen die Aufmerksamkeit schenkt, aber auch dass man im Schooss der Kirche neue Wunden aufzureissen gedenke, durch das Wiederauffrischen der „Appellation wegen Missbrauch" — appel comme d' abus —, welche dem ehrwürdigen Alterthum ganz unbekannt gewesen und eine Quelle beständiger Verirrungen und Neckereien gegen die Geistlichkeit, und eine offenbare Usurpation der

heiligsten Rechte der Kirche gewesen war. — Die von allen Seiten eingegangenen Klagen, die immer häufiger werdenden Attentate der Gottlosigkeit haben die Regierung gewissermassen genöthigt, ein Gesetz zu beantragen, um den in den Kirchen verübten Verbrechen und Diebstählen Einhalt zu thun, man vermied jedoch unter nichtigen Vorwänden, das Wort „Sacrilegium" auszusprechen; so stellt man die heterodoxen Culte mit der kath. Kirche auf die gleiche Linie, setzt die protestantischen Tempel den katholischen gleich, als hätten diese etwas Heiliges in sich. Wie erniedrigend ist die Gleichstellung der kath. Geistlichkeit mit den Dienern der falschen Secten! Nicht nur beziehen letztere im Allgemeinen einen weit grössern Gehalt als die kath. Geistlichkeit, sie wissen auch nichts von jenen Hindernissen und Hemmungen, womit die Bischöfe und Priester der wahren Religion so sehr beengt sind, obschon letztere die Religion des Staates und der bei weitem grössten Mehrheit der Bewohner ist. — Man fürchtet den zu grossen Einfluss der Geistlichkeit, jener Geistlichkeit, die so viele Beweise des Eifers und der Anhänglichkeit an ihren Monarchen gegeben hat, welche des Thrones festeste Stütze ist, und die wenn sie ohne Einfluss ist, weder für die Religion, noch für die Societät das Gute vollständig wirken kann. Wir können nicht umhin Ew. Maj. mit apostolischer Frömmigkeit zu sagen: wenn wir mit so viel Freuden die royalistische Partei sich verstärken sehen, so wünschten wir auch die katholische Partei sich verstärken zu sehen; wer kein guter Katholik, ist auch kein guter Royalist. Man kann sich nicht verheilen, dass man sich nicht sonderlich beeifert, eine Gesetzgebung abzuändern, welche noch den Geist der unglücklichen Zeiten der Revolution in sich trägt. Man wird vielleicht tausend Prätexte vorschützen, um Hindernisse zu finden; man wird sich auf die Stimmung der Gemüther berufen, wird mehr als recht ist von der Nothwendigkeit der Mässigung sprechen, um den Interessen der Religion nicht zu schaden. Wir bitten Ew. Maj. auf solches nicht zu hören. Im Grunde ist dies alles nur Furcht und Schonung gegen die Liberalen und Protestanten; vielleicht ist noch zu

einem guten Theil die Eigenliebe der blosen Namenskatholiken mit im Spiel, welche in Wahrheit keine Katholiken sind, und sich eine bequeme Religion nach ihren Gelüsten und Leidenschaften machen wollen. Wie viele Hindernisse hat man dem spanischen Kriege entgegengesetzt! Die Regierung hat sie überwunden. Gott hat das Unternehmen gesegnet, und Frankreich hat sich vor allen Völkern mit neuem Ruhme verherrlicht. — Warum sollte man nicht den gleichen Eifer zeigen, warum nicht die gleichen Mittel ergreifen, um die hohen Interessen der Religion zu fordern? Gott, durch den die Könige regieren, will, dass sie seinen Ruhm erhöhen, die Attentate der Gottlosigkeit mit fester Hand zurückweisen, und die Gedanken ihrer Völker auf einen religiösen Zweck hinlenken. Die bürgerlichen Gesetze werden nicht geachtet sein, so lange es die evangelischen und kirchlichen nicht sind.

Der Allerhöchste hat für Frankreich und das edle Haus Bourbon Wunder gewirkt; er wird neue wirken, aber fordert dafür auch Beweise aufrichtiger Pietät. Ew. Maj. wird gewiss die Wirkungen der Güte Gottes nicht in Abrede stellen, und in der Freude dankbarer Anerkennung haben Sie sich wahrscheinlich zu Versprechen verpflichtet, welche zu erfüllen sich geziemt. Möge die Kraft von Oben auf Ew. Maj. herabkommen und möge durch Sie die Religion in diesem Reiche wieder in ihrem schönsten Glanze aufblühen; mögen Sie sich Männer zu Mitarbeitern wählen, deren politische Fähigkeiten eben so erprobt sind als ihre Pietät; mögen Sie sich mit dem Rath und der Einsicht von Bischöfen und Priestern umgeben, deren Lehren eben so untadelhaft sind als ihr Ruf; denn Laien können auch mit den besten Absichten kein richtiges Urtheil fällen über das, was sie nicht genug kennen. Möge Ew. Maj. sich erinnern, dass die kath. Fürsten die Beschützer, nicht die Beherrscher der Kirche Jesu Christi sind, die er mit Darangabe seines kostbaren Blutes frei gegründet hat; dass auch sie Söhne dieser gemeinsamen Mutter sind, und dass nach dem Ausspruch des heil. Augustin der, welcher die Kirche nicht zur Mutter hat, Gott nicht zum Vater haben kann. Ew.

Maj. sind — wir sagen dies ohne Bedenken — berufen, grosse Dinge für die Religion zu wirken. Das Beispiel Frankreichs wird auch bei andern Nationen im Guten Nachahmung finden, und während der Name Ludwig 18. mit goldenen Buchstaben in die Geschichte der Kirche eingetragen ist, wird seine Regierung eine glückliche sein und immerdar in gesegnetem Andenken bleiben.

Wir haben mit der unserm Character eigenen Freimüthigkeit gesprochen, zu der uns auch die Tugenden des ältesten Sohnes der Kirche berechtigten. Unsere Feder wurde von einem innern Antrieb geleitet, der uns zur Annahme berechtigt, dass dies das Werk des h. Geistes sey. Halten Ew. Maj. nicht unwerth, neben Ihren vielen übrigen Geschäften dieses Schreiben zu lessen, zu überlegen. — — Rom, den 4. Juni. 1824.

322.

Leonis XII. monita ad Episcopos et Viros Principes in bulla extensionis Jubilaei ad orbem universum a. 1825. edita; ad Eppos quidem, ut nullis difficultatibus ab explendo munere suo deterreri se sinant; ad Principes vero, ut causam Ecclesiae tueantur, et Deo, quae Dei sunt, fideliter reddi procurent.

Leo XII. Exultabat spiritus noster in Deo salutari nostro, cum anno superiore post diuturnas teterrimasque tempestates, quibus undique conflictabatur Sancta Christi Ecclesia, laetiora tandem ac faustiora illuxisse tempora vobis clangore tubae apostolicae annunciaremus. Potuimus enim nobis vobisque omnibus gratulari, advenisse annum benignitatis Domini, annum magni Jubilaei, quo infinitus ille thesaurus meritorum Salvatoris nostri et Sanctorum eius nostrae dispensationi divina miseratione concreditus, et quem hostis generis humani iusto Dei iudicio hominum peccata ulciscentis tamdiu clausum tenuerat, per nostrae humilitatis ministerium iterum erat reserandus. — — — Episcopalis muneris et officii sit, summo studio curare, ut Christifideles omnes per poenitentiam verae salutis auctori Deo re-

conciliati Jubilaei gratiam in animarum suarum lucrum utilitatemque convertant. Hoc autem minime fieri posse arbitramur, nisi vos, Ven. fratres, hanc pastoralis officii partem corde magno, et animo volenti nobiscum unanimes implendam suscipiatis. Ut pascere, qui in vobis est, gregem Dei recte et utiliter valeatis, eum abducite primum a venenatis pascuis, quae ubique et insidiose ad exitium illi obiiciuntur, detegite laqueos hic illic latentes, et adversus nefandam tot errorum colluviem ac tot pravorum hominum impia dogmata vos gregem vestrum sanctis, aptisque monitis confirmate. Quodsi forte occurrant vobis qui sanam doctrinam non sustinent, et a veritate auditum avertunt, ut ad fabulas convertantur, vos ne despondeatis animum, sed memores cuius personam geratis, et cuius causa vobis commissa sit, arguite, obsecrate, increpate in omni patientia et doctrina, nec cessetis donec Christus in vobis et per vos ubique regnet ubique triumphet. Nec vos hostium numerus, calliditas, aut furor deterreat; nam certamen forte quidem dedit nobis Dominus, sed ut vinceremus et sciremus quoniam omnium potentior est sapientia; ea utique sapientia divina, qua Christianorum pastorum gressus praecedente, atque dirigente manus et corda, numquam portae inferi praevaluerunt, aut praevalebunt adversus Ecclesiam Christi. — Assumite, Ven. fratres, uno spiritu et una mente, assumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingvere, arripite gladium spiritus, quod est Verbum Dei, et certate bonum certamen. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Nec diffidatis carissimos in Christo filios nostros Reges et Principes omnes Catholicos certissime futuros esse pro vobis. Cum enim plerique eorum pro Jubilaei ad sua quisque regna et dominia extensione — nobis pie et humiliter supplicaverint: fieri non potest, quin ea, quae ad Jubilaei consecutionem pernecessaria cognoscuntur, per vos in populis sibi subditis pastorali zelo curari gaudeant, ac sua etiam auctoritate studeant promovere. Sincera pietas, rectique amor et studium, quo omnes par est incendi, nobis etiam tacentibus eos compellit, Ecclesiam Christi, cuius filios se esse iure gloriantur, ab omnibus iniuriis tutari, et fidelibus

sibi subditis ex debito propriae dignitatis et officii prospicere in iis praesertim, quae ad fidem et animarum salutem spectant. Nullus eorum ignorat scriptum esse: Non est potestas nisi a Deo. Et alibi: Per me Reges regnant, et legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant et potentes decernunt iustitiam. Non est qui non videat experientia ipsa etiam ultimis hisce temporibus manifestissime comprobante, unam eandemque esse causam Ecclesiae et causam Principum: neque enim reddentur Caesari quae sunt Caesaris, nisi prius quae Dei sunt Deo fideliter reddantur. Unus igitur sit, Ven. fratres, et in illis et in vobis religionis amor, unaque in Dei gloriam, integritatem fidei et morum, atque populorum felicitatem procurandam sancte omnes conspirate; atque ita fiet, ut Regnum Christi pariter ac Principum thronus per hanc nostram universalis Jubilaei indictionem, eiusque piam in singulis orbis catholici partibus consecutionem magis in dies roboretur, vigeat, exaltetur. — . —

Datum Romae apud S. Petrum anno 1825. Octavo Kalendas Januarii.

323.

Idem PP. a. 1826. Societates occultas in eversionem omnis legitimae auctoritatis tendentes proscribens, Principes hortatur: ut tamquam constituti a Deo defensores Ecclesiae munus suum regium eo impendant, quo Apostolicis Decretis debitum praestetur obsequium, cum, qui Deo infideles, eiusque Sacerdotibus inobedientes existunt, nullo pacto Principibus fideles esse possint. *)

Leo XII. Quo graviora mala Christi Dei et Servatoris nostri gregi imminent, eo maiorem sollicitudinem in iis arcendis adhibere debent Romani Pontifices, quibus in b. Petro Apostolorum Principe illius pascendi et regendi potestas et cura commissa est. Pertinet enim ad eos, quippe

*) Athanasia, Zeitschrift für die Pastoraltheologie. Würzburg. 28. Heft. 1831. p. 1.

qui in suprema Ecclesiae specula positi sint, longius prospicere insidias, quas Christiani nominis hostes moliuntur ad Christi Ecclesiam (quod tamen numquam assequentur) exterminandam, easque tum fidelibus indicare et aperire, ut ab iis caveant, tum auctoritate sua avertere, et amoliri. Gravissimum hoc munus sibi impositum intelligentes Romani Pontifices praedecessores nostri vigilias boni Pastoris perpetuo vigilarunt, et adhortationibus, doctrinis, decretis, ipsaque anima data pro ovibus suis, sectas extremum Ecclesiae exitium minitantes prohibendas et penitus delendas curarunt. Nec ex Annalium Ecclesiasticorum vetustate tantum erui potest Pontificiae huius sollicitudinis memoria. Quae nostra et patrum nostrorum aetate gesta sunt a RR. Pontificibus, ut clandestinis hominum adversus Christum malignantium sectis sese obiicerent, id perspicue evincunt. Ubi enim Clemens XII. Praedecessor noster vidit in dies invalescere, novamque firmitatem acquirere sectam „De Liberi Muratori sive des Francs Maçons" sive aliter appellatam, quam non modo suspectam, verum etiam omnino Catholicae Ecclesiae inimicam multis argumentis certo noverat, eam damnavit luculenta Constitutione, cui initium „In eminenti" edita quarto Cal. Majas a. 1738. cuius tenor is est, qui subiicitur:

„Clemens XII. In eminenti Apostolatus specula meritis licet imparibus divina disponente clementia constituti, iuxta creditum nobis pastoralis providentiae debitum iugi, quantum ex alto conceditur, sollicitudinis studio iis intendimus, per quae erroribus vitiisque aditu intercluso orthodoxae Religionis potissimum servetur integritas, atque ab universo Catholico orbe difficillimis hisce temporibus perturbationum pericula propellantur. Sane vel ipso rumore publico nunciante nobis innotuit longe lateque progredi, atque in dies invalescere nonnullas, Societates, coetus, conventus, collectiones, aggregationes, seu conventicula vulgo *de liberi muratori*, aut alia quavis nomenclatura pro idiomatum varietate nuncupata, in quibus cuiuscunque religionis et sectae homines affectata quadam contenti honestatis naturalis specie arcto aeque ac impervio foedere secundum leges et statuta

sibi condita invicem consociantur, quaeque simul clam operantur, tum districto iureiurando ad sacra Biblia interposito, tum gravium poenarum exaggeratione inviolabili silentio obtegere adstringuntur. Verum cum ea sit sceleris natura, ut se ipsum prodat, et clamorem edat sui indicem, hinc societates seu conventicula praedicta vehementem adeo fidelium mentibus suspicionem ingesserunt, ut iisdem Aggregationibus nomen dare apud prudentes et probos idem omnino sit ac pravitatis et perversionis notam incurrere; nisi enim male agerent, tanto nequaquam odio lucem haberent. Qui quidem rumor eousque percrebuit, ut plurimis regionibus memoratae Societates per Seculi Potestates tamquam Regnorum securitati adversantes proscriptae, ac proinde eliminatae iampridem extiterint. Nos itaque animo volventes gravissima damna, quae utplurimum ex huiusmodi Societatibus seu Conventiculis nedum temporalis Reipublicae tranquillitati, verum etiam spirituali animarum saluti inferuntur, atque idcirco tum civilibus tum canonicis minime cohaerere sanctionibus; cum divino eloquio doceamur, diu noctuque more servi fidelis et prudentis dominicae familiae praepositi vigilandum esse, ne huiusmodi hominum genus veluti fures domum perfodiant, atque instar vulpium vineam demoliri nitantur, ne videlicet simplicium corda pervertant, atque innoxios sagittent in occultis: ad latissimam, quae iniquitatibus impune patrandis inde aperiri posset, viam obstruendam, aliisque iustis ac rationabilibus causis nobis notis easdem Societates — de Liberi Muratori, aut alio quocunque nomine appellatas — damnandas et prohibendas esse statuimus et decrevimus. — — Datum Romae apud S. Mariam Majorem anno 1738. quarto Cal. Maii." —

Haec tamen recolendae memoriae Benedicto XIV. itidem praedecessori nostro satis non fuerunt. Percrebuerat enim sermonibus permultorum, latam in Clementis literis excommunicationis poenam iam evanuisse, quod Benedictus eas literas diserte non confirmasset. Erat profecto absurdum contendere, superiorum Pontificum leges obsolescere, nisi a sucessoribus expresse approbentur; et praeterea manifeste patebat a Benedicto saepius Clementis constitutionem ratam

habitam fuisse. Attamen hanc etiam cavillationem de sectariorum manibus extorquendam iudicavit Benedictus edita nova Constitutione, cuius initium: „Providas" 15. Cal. Aprilis a. 1751. qua Clementis constitutionem totidem verbis relatam in forma, ut aiunt, specifica, quae omnium amplissima et efficacissima habetur, confirmavit. Talis vero est Benedicti Constitutio:

„Benedictus XIV. Providas RR. PP. praedecessorum nostrorum leges atque sanctiones non solum eas, quarum vigorem vel temporum lapsu vel hominum neglectu labefactari aut exstingvi posse veremur, sed eas etiam, quae recentem vim plenumque obtinent robur, iustis gravibusque id exigentibus causis novo auctoritatis nostrae munimine roborandas confirmandasque censemus.. Sane fel. rec. praedecessor noster Clemens PP. XII. per suas Apostolicas Literas — nonnullas societates — vulgo *de Liberi Muratori* vel aliter nuncupatas in quibusdam regionibus tunc late diffusas atque in dies invalescentes perpetuo damnavit atque prohibuit; — cum autem, sicut accepimus, aliqui fuerint, qui asserere ac vulgo iactare non dubitaverint, dictam excommunicationis poenam a praedecessore nostro impositam non amplius afficere propterea, quod ipsa Constitutio a nobis confirmata non fuerit, quasivero pro apost. Constitutionum a praedecessore editarum subsistentia Pontificis successoris expressa confirmatio requiratur; cumque etiam a nonnullis piis ac Deum timentibus viris nobis insinuatum fuerit, ad omnia calumniantium subterfugia tollenda, declarandamque animi nostri cum eiusdem praedecessoris mente ac voluntate uniformitatem magnopere expediens fore, ut eiusdem praedecessoris constitutioni novum confirmationis nostrae suffragium adiungeremus: Nos — eandem praedecessoris nostri Constitutionem — in forma specifica, quae omnium amplissima et efficacissima habetur, confirmare decrevimus, prout eam — confirmamus, roboramus etc. Porro inter gravissimas praefatae prohibitionis et damnationis causas in praeinserta Constitutione enunciatas *una* est, quod in huiusmodi Societatibus et conventiculis cuiuscunque religionis ac sectae homines invicem consociantur; qua ex re satis patet, quam ma-

gna pernicies Catholicae Religionis puritati inferri valeat. *Altera* est arctum et impervium secreti foedus, quo occultantur ea, quae in huiusmodi Conventiculis fiunt, quibus proinde ea sententia merito aptari potest, quam Caecilius Natalis apud Minucium Felicem in causa nimirum diversa protulit: honesta semper publico gaudent, scelera secreta sunt. *Tertia* est iusiurandum, quo se huiusmodi secreto inviolabiliter servando adstringunt, quasi liceat alicui cuiuslibet promissionis aut iuramenti obtentu se tueri, quominus a legitima potestate interrogatus omnia fateri teneatur, quaecunque exquiruntur ad dignoscendum, an aliquid in huiusmodi conventibus fiat, quod sit contra Religionis aut Reipublicae statum et leges. *Quarta* est, quod huiusmodi societates non minus civilibus quam canonicis sanctionibus adversari dignoscuntur. *Quinta* est, quod iam in pluribus regionibus memoratae societates secularium Principum legibus proscriptae atque eliminatae fuerunt. *Ultima* demum, quod apud prudentes et probos viros eaedem societates male audirent, eorumque iudicio quicunque eisdem nomina darent, pravitatis et perversionis notam incurrerent. Denique idem Praedecessor noster in praeinserta Constitutione Episcopos et Superiores, Praelatos, aliosque locorum Ordinarios excitat, ut pro illius executione, si opus fuerit, brachii secularis auxilium invocare non praetermittant. Quae omnia et singula non solum a nobis approbantur et confirmantur, eisdemque Ecclesiasticis Superioribus respective commendantur et iniunguntur, verum etiam nos ipsi pro Apostolicae sollicitudinis officio praesentibus nostris literis Catholicorum Principum, omniumque secularium Potestatum opem ex auxilio quoad praemissorum effectum invocamus et enixo studio requirimus; quum ipsi supremi Principes et Potestates electi sint a Deo defensores fidei Ecclesiaeque protectores, ideoque eorum munus sit idoneis quibusque rationibus efficere, ut Apostolicis Constitutionibus debitum obsequium et omnimoda observantia praestetur: quod iis in memoriam revocarunt Tridentinae Synodi Patres Sess. 25. cap. 20. multoque antea egregie declaraverat Imperator Carolus M. suorum Capitularium tit. 1. cap. 2. ubi post demandatam omni-

bus sibi subditis ecclesiasticarum sanctionum observantiam haec addidit: „Nam nullo pacto agnoscere possumus, qualiter nobis fideles existere possunt, qui Deo infideles et suis sacerdotibus inobedientes apparuerint." Quapropter cunctis ditionum suarum Praesidibus et Ministris iniungens, ut omnes et singulos ad debitam obedientiam Ecclesiae legibus exhibendam omnino compellerent, gravissimas quoque poenas adversus eos indixit, qui hoc praestare negligerent, subdens inter alia: „Qui autem in his, quod absit, aut negligentes, eisque inobedientes fuerint inventi, sciant, se nec in nostro Imperio honores retinere, licet etiam filii nostri fuerint, nec in Palatio locum, neque nobiscum aut cum nostris societatem aut communionem ullam habere, sed magis sub districtione et ariditate poenas luent." — Datum Romae apud S. Mariam Maj. anno 1751. decimo quinto Cal. Aprilis.

Utinam, qui rerum tunc potiebantur, tanti haec decreta fecissent, quanti tum Ecclesiae, tum Reipublicae salus postulabat. Utinam sibi persvasissent, in Romanis Pontificibus b. Petri successoribus non modo Ecclesiae universae pastores et magistros, sed etiam strenuos eorum dignitatis defensores et diligentissimos periculorum, quae imminent, indices suspicere se debere. Utinam potestate illa sua usi essent ad sectas convellendas, quarum pestifera consilia iis a Sede Apostolica fuerant patefacta. Jam ab eo tempore rem plane confecissent. At cum sive sectariorum fraude res suas callide occultantium, sive imprudentibus nonnullorum svasionibus causam hanc negligendam vel saltem levissime tractandam iudicaverint: ex veteribus illis Massonicis sectis aliae complures exortae sunt multo illis deteriores et audaciores. Has omnes veluti sinu suo complecti visa est *Carbonariorum* secta, quae ceterarum princeps in Italia aliisque nonnullis in regionibus habebatur, et in varios veluti ramos divisa nominetenus diversos acerrime Catholicam Religionem et supremam quamque civilem legitimam potestatem impugnandam suscepit. Qua calamitate ut Italiam, aliasque regiones, imo et ipsam Pontificiam ditionem, in quam impedito tantisper Pontificio Regimine illa irrepserat una cum exteris hominibus eius invasoribus, liberaret fel. rec. Pius VII. cui nos

suffecti sumus, Carbonariorum sectam quocunque tandem nomine pro locorum, idiomatum et hominum diversitate appellaretur, gravissimis poenis damnavit edita idibus Septembris a. 1821. Constitutione, cuius initium: „Ecclesiam a Jesu Christo." Huius etiam exemplum nostris hisce literis inserendum censuimus, quod est eiusmodi:

„Pius VII. Ecclesiam a Jesu Christo Servatore nostro supra firmam petram fundatam, et adversus quam ipsemet Christus promisit numquam portas inferi praevalituras, tot saepe ac tam formidolosi hostes aggressi sunt, ut nisi divina illa, et quae transire non potest, promissio intercessisset, metuendum videretur, ne ipsa illorum aut vi aut artibus aut calliditate circumventa penitus interiret. Quod vero superioribus temporibus evenit, id etiam et praecipue quidem luctuosa hac nostra aetate factum est, quae novissimum illud tempus esse videtur tanto ante ab Apostolis pronunciatum, quo venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Nec enim quemquam latet, quanta scelestorum hominum multitudo difficillimis hisce temporibus convenerit in unum adversus Dominum, et adversus Christum eius „qui id praecipue curant, ut deceptis per philosophiam et inanem fallaciam fidelibus, et ab Ecclesiae doctrina avulsis, ipsam Ecclesiam irrito licet conatu labefactent et evertant. Quod ut facilius assequerentur, eorum plerique occultos coetus, clandestinasque sectas coegerunt, ex quibus futurum sperabant, ut plurimos in suae coniurationis et sceleris societatem liberius pertraherent. Jampridem S. haec Sedes his sectis detectis magna liberaque voce contra eas clamavit, et consilia, quae clam ab iis essent inita contra Religionem, imo et contra Civilem Societatem, patefecit. Jampridem omnium excitavit diligentiam, ut caverent, ne his sectis id conari liceret, quod nefarie meditabantur, Verum dolendum est his Apost. Sedis studiis non eum exitum respondisse, quem ipsa spectabat, et scelestos homines numquam a suscepto consilio destitisse; unde consecuta tandem ea mala sunt, quae nosmetipsi perspeximus, imo homines, quorum superbia ascendit semper, novas etiam secretas societates inire ausi sunt. Commemorari hoc loco debet societas nuper orta et longe

lateque in Italia aliisque in regionibus propagata, quae licet in plures sectas divisa sit, ac pro earum varietate diversa ac distincta inter se nomina aliquando assumat, re tamen, sententiarum et facinorum communione et foedere quodam inito una est, et Carbonariorum solet plerumque appellari. Simulant illi quidem singularem observantiam et mirificum quoddam studium in Catholicam Religionem et in Jesu Christi Servatoris nostri personam et doctrinam, quem etiam societatis suae rectorem et magnum magistrum nefarie aliquando audent appellare. Verum sermones hi, qui super oleum molliti videntur, nihil aliud sunt, quam iacula ad tutius vulnerandos minus cautos, a callidis hominibus adhibita, qui veniunt in vestimentis oxium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sane severissimum illud iusiurandum, quo veteres Priscillianistas magna ex parte imitantes pollicentur se nullo unquam tempore nullove casu patefacturos hominibus in societatem non adscriptis quidquam, quod eam societatem respiciat, vel communicaturos cum iis, qui in gradibus inferioribus versantur, aliquid, quod ad gradus pertineat superiores; clandestina illa praeterea et illegitima conventicula, quae more a pluribus haereticis usurpato ipsi habent, et cooptatio hominum cuiuscunque religionis et sectae in suam societatem, etsi cetera decessent, satis persvadent, nullam memoratis eorum dictis fidem haberi oportere. Verum coniecturis et argumentis opus non est, ut ita de eorum dictis iudicetur, quemadmodum superius indicatum est. Libri ab ipsis typis editi, quibus ratio describitur, quae in conventibus superiorum praesertim graduum adhiberi solet; eorum catechismi et statuta aliaque authentica et ad fidem faciendam gravissima documenta nec non eorum testimonia, qui cum eam societatem deseruissent, cui antea adhaeserant, eius errores et fraudes legitimis iudicibus patefecerunt, aperte declarant, Carbonarios id praecipue spectare, ut magnam liceatiam cuique dent, Religionem, quam colat, proprio ingenio et ex suis opinionibus sibi fingendi, indifferentia in religionem inducta, qua vix quidquam excogitari potest perniciosius; ut Jesu Christi passionem per nefarias quasdam suas caeremonias profanent ac polluant, ut Ecclesiae Sacramenta,

quibus nova alia a se per summum scelus inventa substituere videntur, et ipsa Religionis Cath. mysteria contemnant, utque Sedem hanc Apost. evertant, in quam, quoniam in ea apost. Cathedrae semper viguit Principatus, singulari quodam odio afficiuntur, et pestifera quaeque ac perniciosa moliuntur. Nec minus, ut ex iisdem cônstat monumentis, scelesta sunt, quae Carbonariorum societas tradit de moribus praecepta, quamvis confidenter jactet, se a suis sectatoribus exigere, ut caritatem ac omne virtutum genus excolant et exerceant ac diligentissime ab omni vitio abstineant. Itaque libidinosis voluptatibus impudentissime ea favet, docet licere eos interficere, qui datam de secreto, quod superius memoratum est, fidem non servaverint; et licet Apost. Princeps Petrus praecipiat, ut Christiani omni humanae creaturae propter Deum subiecti sint, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis etc. iubeatque Paulus Ap. ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; ea tamen societas docet, integrum esse, seditionibus excitatis Reges ceterosque Imperantes, quos per summam iniuriam tyrannos passim appellare audet, sua potestate exspoliare. Haec aliaque huius societatis dogmata et praecepta sunt, ex quibus ea exstiterunt in Italia facinora nuper a Carbonariis commissa, quae adeo gravem honestis piisque hominibus moerorem attulerunt. Nos igitur, qui speculatores domus Israël, quae est sancta Ecclesia, constituti sumus, et qui pro pastorali nostro munere cavere debemus, ne dominicus grex nobis divinitus creditus ullum damnum patiatur, existimamus in causa tam gravi non posse ab impuris horum hominum conatibus cohibendis abstinere. Exemplo etiam commovemur fel. rec. Clementis 12. et Benedicti 14. praedecess. nostr. quorum alter quarto Cal. Majas a. 1738. alter 15. Cal. Aprilis. a. 1751. damnarunt et prohibuerunt societates *de liberi Muratori* aut alio quocunque nomine pro regionum et idiomatum varietate appellatas, quarum societatum fortasse propago vel certe imitatio haec Carbonariorum societas existimanda est. Et quamvis iam duobus Edictis per nostram Status Secretariam propositis hanc societatem graviter nos prohibuerimus, memoratos tamen praedecessores nostros sequen-

tes, graves poenas in hanc societatem solemniori quidem ratione decernendas putamus, praesertim cum Carbonarii passim contendant, se duabus illis Clementis 12. et Benedicti 14. Constitutionibus non comprehendi, nec sententiis et poenis in illis latis subiici. Audita igitur selecta Congregatione etc. — praedictam societatem Carbonariorum aut alio quocunque nomine appellatam, eius coetus, conventus, etc. damnanda et prohibenda esse statuimus et decrevimus, prout praesenti nostra perpetuo valitura constitutione damnamus et prohibemus. Quocirca omnibus et singulis Christifidelibus etc. — Datum Romae apud S. Mariam M. a. 1821. idibus Septembris."

Non multo post editam hanc a Pio 7. Constitutionem ad supremam beati Petri Cathedram nullis nostris meritis evecti nos fuimus, et continuo omnem nostram operam convertimus ad detegendum, quis esset clandestinarum sectarum status, quis numerus, quae potentia. Haec inquirentes facile intelleximus, crevisse illarum insolentiam praecipue ob earum multitudinem novis sectis auctam; ex quibus ea praesertim memoranda est, quae „Universitaria" dicitur, quod sedem et domicilium in pluribus studiorum Universitatibus habeat, in quibus iuvenes a nonnullis Magistris, qui eos non docere, sed pervertere student, eiusdem mysteriis, quae iniquitatis mysteria verissime appellari debent, initiantur et ad omne scelus informantur. Inde vero existit, quod tanto etiam post tempore, quo primum perduellionis faces in Europa a sectis clandestinis per consectaneos suos inflammatae et elatae sunt, et post reportatas a potentissimis Europae Principibus praeclarissimas victorias, quibus illae comprimendae sperabantur, nondum tamen nefarii earum conatus finem habuerunt. In illis enim ipsis regionibus, in quibus pristinae tempestates conquievisse videntur, qui metus est novarum turbarum et seditionum, quas illae sectae perpetuo moliuntur? quae impiarum formido sicarum, quas in eorum corporibus clam defigunt, quos ad mortem designarunt? quot et quam gravia non raro decernere vel inviti coguntur, qui iisdem cum potestate praesunt, ut publicam tranquillitatem tueantur? Inde etiam existunt acerbissimae calamitates, qui-

bus Ecclesia fere ubique vexatur, et quas sine dolore imo sine moerore commemorare non possumus. Impugnantur impudentissime sanctissima eius dogmata et praecepta, eius dignitas extenuatur, et pax illa et felicitas, qua suo quodam iure frui deberet, non perturbatur modo sed omnino evertitur. Nec putandum est, omnia haec mala, aliaque, quae praetermissa a nobis sunt, clandestinis his sectis perperam et per calumniam adscribi. Libri, quos de Religione et Republica scribere non dubitarunt, qui his sectis nomen dederunt, quibus dominationem spernunt, maiestatem blasphoemant, Christum autem vel scandalum vel stultitiam dictitant, imo non raro nullum esse Deum, et hominis animam una cum corpore interire docent; Codices et Statuta, quibus sua consilia et instituta explicant, aperte declarant, cuncta, quae iam memoravimus, et quae ad legitimos Principatus labefactandos et Ecclesiam funditus delendam spectant, ab iis proficisci. Atque hoc veluti certum exploratumque habendum est, has sectas licet nomine diversas, nefario tamen impurissimorum consiliorum vinculo esse inter se coniunctas.

Quae cum ita sint, nos muneris nostri esse censemus, iterum clandestinas has sectas condemnare, atque ita quidem, ut nulla ex iis iactare possit, se apostolica sententia nostra non comprehendi, atque hoc praetextu homines incautos et minus acutos in errorem inducat. Itaque de consilio Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium et etiam motu proprio — Societates occultas omnes, tam quae nunc sunt, quam quae fortasse deinceps erumpent, et quae ea sibi adversus Ecclesiam et supremas Civiles Potestates proponunt, quae superius commemoravimus, quocunque tandem nomine appelientur, nos perpetuo prohibemus sub eisdem poenis, quae continentur praedecess. nostr. literis in hac nostra Constitutione iam allatis, quas expresse confirmamus. Quocirca omnibus et singulis Christifidelibus etc. Praecipue vero iusiurandum illud impium plane ac scelestum, quo se obstringunt, qui in has sectas cooptantur, nemini patefacturos, quae ad illas sectas pertinent, et morte mulctaturos eos omnes sodales, qui ea Superioribus sive Eccle-

siasticis sive laicis patefaciunt, omnino damnamus et plane irritum declaramus. Quid enim? Nonne nefas est iusiurandum, quod in iustitia pronunciandum est, veluti vinculum habere, quo quis se ad iniustam caedem obliget, et ad eorum contemnendam auctoritatem, qui cum vel Ecclesiam vel legitimam civilem societatem moderentur, ius habent ea cognoscendi, quibus illarum salus continetur? Nonne iniquissimum et indignissimum est, Deum ipsum veluti scelerum testem et fideiussorem appellare? Rectissime Patres Conc. Lateranensis 3. inquiunt can. 3: „non enim dicenda sunt iuramenta, sed potius periuria, quae contra utilitatem ecclesiasticam et ss. Patrum veniunt instituta." Et intoleranda est eorum ex his hominibus impudentia, sive amentia, qui cum non modo in corde suo sed etiam palam et in publicis scriptis dicant: „non est Deus:" audent tamen iusiurandum exigere ab iis omnibus, quos suas in sectas deligunt.

Haec a nobis constituta sunt ad furiosas et scelestas has omnes sectas comprimendas et damnandas. Nunc vero Vestram, Ven. fratres Catholici Patriarchae, Primates, AEpiscopi et Episcopi, operam non postulamus modo sed etiam flagitamus. Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Invadent quidem lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Sed nolite metuere, nec facite animam vestram pretiosiorem, quam vos. Illud tenete, a vobis maxima ex parte pendere hominum vobis commissorum in religione et rectefactis constantiam. Quamvis enim iis vivamus diebus, qui mali sunt, eoque tempore, quo plures non sustinent sanam doctrinam, perdurat tamen permultorum fidelium in pastores suos observantia, quos iure suspiciunt veluti Christi ministros et dispensatores mysteriorum eius. Utimini igitur in ovium vestrarum commodum hac auctoritate, quam in earum animis immortali Dei beneficio retinetis. Cognoscant per vos sectariorum dolos, et quanta diligentia eos eorumque consvetudinem cavere debeant. Horreant vobis auctoribus et magistris pravam eorum doctrinam, qui sanctissima Religionis nostrae mysteria et purissima Christi praecepta irrident, omnemque legitimam potestatem impugnant. Ac ut vos ver-

bis alloquamur Praedecessoris nostri Clementis XIII. in sua Ep. encyclica ad Patriarchas etc. d. 14. Sept. 1758: „repleti simus obsecro fortitudine Spiritus Domini, iudicio et virtute, ne tamquam canes muti non valentes latrare, greges nostros patiamur fieri in rapinam et oves nostras in devorationem omnium bestiarum agri. Neque nos quidquam deterreat, quominus pro Dei gloria et salute animarum ad omnes dimicationes nosmetipsos obiiciamus. Recogitemus eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem. Quodsi nequissimorum timeamus audaciam, actum est de Episcopatus vigore et de Ecclesiae gubernandae sublimi ac divina potestate: nec Christiani ultra aut durare, aut esse iam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas aut insidias pertimescamus.“

Summo etiam studio vestrum flagitamus praesidium, carissimi in Christo filii nostri Catholici Principes, quos singulari et prorsus paterno amore diligimus. Revocamus propterea vobis in memoriam verba, quibus Leo Magnus, cuius in dignitate successores et nominis licet indigni haeredes sumus, ad Leonem Imperatorem scribens, usus est: „Debes incunctanter advertere, Regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, quae sunt bona statuta, defendas, et veram pacem his, quae sunt turbata, restituas.“ Quamquam in eo discrimine res hoc tempore versetur, ut non modo ad Catholicam Religionem defendendam, sed ad tuendam etiam vestram et populorum vestro imperio subiectorum incolumitatem sectae illae a vobis coercendae sint. Religionis enim causa hoc praesertim tempore cum societatis salute ita coniuncta est, ut nullo quidem modo altera ab altera dividi possit. Nam qui sectas illas sequuntur, non minus religionis quam vestrae potestatis sunt hostes. Utramque agrediuntur, utramque penitus labefactare moliuntur. Neque certe paterentur, si possent, aut religionem, aut regiam ullam potestatem superesse. Ac tanta est hominum callidissimorum astutia, ut cum maxime videntur vestrae potestatis amplificationi studere, tum eius eversionem praecipue spectent. Docent illi quidem permulta, ut

svadeant nostram et Episcoporum potestatem ab iis, qui rerum potiuntur, imminuendam et debilitandam esse, et ad eos plura transferenda iura, tum ex iis, quae propria sunt huius Apost. Cathedrae et Ecclesiae principalis, tum ex iis, quae ad Episcopos pertinent, qui in nostrae sollicitudinis partem sunt vocati. Verum haec illi non modo ex teterrimo quo inflammantur in Religionem odio, sed eo etiam consilio docent, quod sperent, fore, ut gentes, quae vestro imperio subiiciuntur, si forte perspiciant everti terminos, quos de rebus sacris Christus et Ecclesia ab eo instituta constituerunt, facile hoc exemplo adducantur ad politici etiam regiminis formam immutandam et destruendam.

Vos etiam omnes, o dilecti filii, qui catholicam Religionem profitemini, peculiari oratione et hortationibus nostris respicimus. Homines qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, omnino evitate. Quae enim veri nominis utilitas exoriri vobis poterit ex coniunctione cum hominibus, qui nullam Dei, nullam sublimiorum quarumque potestatum rationem habendam putant, qui per insidias et clancularios conventus bellum illis afferre conantur; quippe etsi in foro et ubique clament, se publici Ecclesiae et Societatis boni amantissimos esse, tamen universis suis gestis iam declararunt, omnia perturbare, omnia evertere velle. Sunt ii quidem iis hominibus similes, quibus nec hospitium dandum, nec dicendum ave iubet Joannes in secunda sua Epistola, et quos primogenitos diaboli appellare maiores nostri non dubitarunt. Cavete igitur ab eorum blanditiis et mellitis sermonibus, quibus vobis svadebunt, ut nomen illis sectis detis, quibus ipsi adscripti sunt. Pro certo habete neminem earum participem sectarum esse posse, quin gravissimi flagitii reus sit, eorumque verba ab auribus vestris repellite, qui ut vestrae in gradus suarum sectarum, inferiores cooptationi assentiamini, vehementer affirmant, nihil in gradibus illis admitti, quod rationi, nihil, quod religioni adversetur, imo nihil vel praedicari, vel perfici, quod non sanctum, quod non rectum, quod non incontaminatum sit. Etenim iusiurandum illud nefarium, quod iam memoratum est, quodque in illa etiam inferiori cooptatione iurari debet, satis per se

est, ut intelligatis, nefas etiam esse levioribus illis gradibus adscribi atque in iis versari. Deinde quamvis quae graviora et scelestiora sunt, iis mandari non soleant, qui superiores gradus assecuti non sunt, perspicue tamen patet, perniciosissimarum harum societatum vim et audaciam ex omnium, qui iis nomen dederunt, consensione et multitudine coalescere. Itaque ii etiam, qui inferiores illos gradus non sunt praetergressi, scelerum illorum participes haberi debent. Et in eos cadit illud Apostoli Rom. 1: qui talia agunt, digni sunt morte, et non solum, qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus.

Postremo eos, qui cum iam essent illuminati et gustavissent donum coeleste, et participes facti essent Spiritus S. deinde tamen miserrime prolapsi sunt et sectas illas sequuntur, sive in inferioribus sive in superioribus earum gradibus versentur, peramanter ad nos vocamus: Eius enim vice fungentes, qui professus est, non venisse se vocare iustos sed peccatores, et se Pastori aequiparavit, qui relicto reliquo grege sollicite ovem quaerit, quam perdidit, eos hortamur, et obsecramus, ut ad Christum revertantur. Quamvis enim maximo se polluerint crimine, non debent tamen de Dei et Jesu Christi filii eius misericordia et clementia desperare. Recipiant igitur sese tandem aliquando, et iterum ad Jesum Christum pro iis etiam passum confugiant, qui eorum resipiscentiam non modo non despiciet, sed imo ad instar amantissimi Patris, qui filios prodigos iamdudum exspectat, libentissime accipiet. — — Datum Romae apud S. Petrum a. 1826. tertio idus Martii.

324.

Exhortatio Leonis XII. ad Gallos Anticoncordatistas: in qua Summus Pontifex enunciat: in Concordato, quod Pius VII. cum Gallis inierat, nil contineri, sive quod Romani Pontificis potestatem excedat, sive quod principiis aut spiritui Religionis Catholicae adversetur, A. 1826. *)

. *Leo XII.* Pastoris aeterni errantes ac deperditas oves quaerentis caritate excitati, et admoniti exemplo, pastoralis nostri muneris esse dignoscimus, ut quemadmodum cunctis Christifidelibus Catholicae Ecclesiae ac Sanctae huius Sedis communionem habentibus indicto anni sancti universali Jubilaeo, sacros aperuimus Indulgentiarum thesauros: ita et in eos quoque omnem sollicitudinem impendamus, quos in communionis separatione non effrons obsistentis animi pervicacia, sed fraudulentium magistrorum Catholicos *orthodoxos* se jactitantium mendacia detinent, et imperium; quatenus nempe nostris cohortationibus commonefacti eorum tandem derelinquentes castra ad debitam nobis ac S. Sedis obedientiam redeant, sicque digni efficiantur, qui recurrente tam optato tamque acceptabili expiationis et veniae, reconciliationis et gratiae tempore, tantae divinae misericordiae munera consequi et ipsi valeant. Quapropter ad vos praesertim sermo hic noster dirigitur, qui cum Catholica quidem Ecclesia communicare arbitramini, sed fraude circumventi auctorum infandi schismatis, sub nuncupatione *Parvae Ecclesiae* praetextu Conventionum Pium VII. inter et Gubernium Gallicanum annis 1801. et 1817. initarum nostram ac S. Romanae Ecclesiae refugitis communionem. Ad vos scilicet nunc verba pacis convertimus, quos olim fortes in praeliando praelio Domini contra furentes altaris ac solii eversores iam pene totus celebrabat, nunc autem mutata rerum facie contra Ecclesiam ipsam certantes stupens ac indignans demiratur Catholicus orbis; vobisque paternae caritatis nostrae sinum toto cordis affectu

*) *Besnard*, Literaturzeitung für die kath. Geistlichkeit Landshut. 1827. Intell. Bl. N. 3.

ducimus aperiendum. Licet enim inobedientes ac devios, adhuc tamen ut filios carissimos in Domino habemus, atque complectimur; quippe non ex animi pravitate rebelles, sed perversis insanientium pseudomagistrorum vestrorum Catholicae ipsius Ecclesiae nomine et auctoritate abutentium svasionibus et mendaciis deceptos vos novimus ac dolemus. Cavete igitur dilectissimi a nefariis iis ducibus eorumque declinate consilia, pestiferis obsistite instigationibus. Vos enim de Catholicae Ecclesiae gremio rapere, hinc et omnino perdere pertentant, dum vos a nostra et S. Sedis Episcoporumque cum ea communicantium communione adnituntur arcere. Falso namque sibi blandiuntur de commentitia communione cum Apost. Sede, dum cum Romano Pontifice ac Episcopis cum eo communicantibus non communicant. Ne sinatis itaque vobis illudi. Id sedulo percipite ac mementote: ibi esse Ecclesiam, ubi est Petrus, nec habere Petri haereditatem, qui Petri sedem non habent, quam impia divisione discerpunt, atque antichristi esse, non Christi, quicunque Cathedrae Petri communione renuit consociari (Ambros. Hieron.); nec illud vos praetereat Cypriani: Episcopum in Ecclesia esse, et Ecclesiam in Episcopo. Quae quidem si ad Crucifixi pedes fideique lumen unusquisque vestrum pacato animo secum recolat, facile cognoscet, eo tandem tendere talium praeceptorum insinuationes, ut recedentes a Romano Pontifice et ab Episcopis eidem communione conjunctis a tota recedatis Catholica Ecclesia, eamque proinde Matrem habere desinatis. Nam quomodo erit vobis Ecclesia Mater, si patres non habetis Ecclesiae pastores, nempe Episcopos? et unde de catholico potestis nomine gloriari, si a Catholicitatis centro, sancta hac nimirum Apostolica Sede et Summo Pontifice, in quo disposuit Deus unitatis originem, segregati, catholicam sciuditis unitatem? Catholica Ecclesia una est, non est scissa, neque divisa: *parva* igitur vestra *Ecclesia* ad Catholicam nullatenus pertinere potest. Ipsis enim fatentibus magistris seu deceptoribus vestris, nullus superest ex Episcopis Gallicanis, qui vestras suscipiat ac tueatur partes, omnes imo Catholici orbis Episcopi, ad quos iidem appellarunt, quibusque suas inscripserunt typis

vulgatas schismaticas reclamationes, memoratas Conventiones et inde secuta Pii VII. acta approbare dignoscuntur, eisque iam tota favet Ecclesia Catholica. Quid ergo? nonne ipsi Catholicae Ecclesiae apertum inferunt bellum, eamque iam defecisse adstruunt, qui eam vel simulationis, vel ignorantiae, vel erroris hinc audent accusare? Atqui adeo desipiunt reclamationum auctores, ut id imprudentissime audeant. Ecclesiam enim, quae contra ipsos est, ac Sanctae huius Sedis communionem servat, ut simulatricem, vel deceptam, et errantem habendam esse conclamant, in eamque idcirco ut schismaticam furenter invehuntur. Quod perinde est, ac si ut Donatistae de eorum factione contendebant, sic et ipsi de propria contenderent, nimirum in ea tantum veram consistere Ecclesiam. Cum autem eorum fictitia *parva Ecclesia* nedum nullam habeat Catholicae Ecclesiae notam, sed omnes e contra praeseferat schismaticae sectae characteres, restat ut dicant, quod prono alveo consequeretur, scilicet Catholicam Ecclesiam iam periisse. Verum qui id tenet, eo ipso in Ecclesia Catholica se non esse ostendit. En igitur religio, quam vobis tradunt, seu potius en barathrum, in quod vos praecipitant. qui vestrae dominantur religioni, quibusque tam fucante fiditis animas vestras. Divellunt quippe vos ab Ecclesia Matre, sicque a vobis quodammodo auferunt Patrem Deum: non enim, inquit Cyprianus, potest habere Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet Matrem.

Profecto summo angore conficimur, nec possumus nisi in humilitate cordis nostri imperscrutabilia Dei iudicia silentio venerari, dum mentem subit, eos, qui talia nunc vobis comminiscuntur, illos ipsos esse sacerdotes, qui olim se suaque tuendae Catholicae Ecclesiae dedidere; dum nimirum consideramus, parcentibus iam, ut Augustini phrasi utamur, persecutoribus tunicae Christi, eos ipsos nunc Ecclesiam Christi conscindere, qui persecutoribus saevientibus se pro Christi tunica, idest, pro Catholica Ecclesiae unitate servanda, ut fortes Israel opposuerunt. Deflendus sane acerbis lacrymis eorum casus, atque dicendum: quos apertus hostis vincere non potuit, ut eos in proprium schisma

traheret, illos de sua fortitudine inde gloriantes animi tandem elationem vicisse, ut fierent ipsi peculiaris schismatis auctores. Et quidem quis ferat temerariam ac detestandam eorum audaciam, qua se solos illuminatos, solos inter Gallicanos sacerdotes se *orthodoxos*, solos se in Ecclesia, Ecclesiae defensores iactitantes, praesumunt se in tribunal erigere, de quo in toto, ac de toto terrarum orbe sententiam dicant, Catholicamque damnent Ecclesiam cum Apost. Sede, id est cum Romano Pontifice communicantem? Quis praeterea Catholicorum non videat et non detestetur schismaticam eorumdem contumaciam, qua post solemnem eorum opusculorum in propriam causam typis Londinensibus editorum damnationem ac proscriptionem die 6. Sept. 1822. promulgatam; post tot paternas suorum Episcoporum preces ac monitiones; postque sacrorum interdictionem eis factam tum a Vicario Apostolico Districtus Londinensis iis, qui in Anglia morantur, tum a propriis Episcopis iis, qui istis in regionibus degunt; qua nempe post et contra Ecclesiae iudicium adhuc insolentissime audent, imo et pugnacius eorum errorem atque schisma defendere, et ardentius vulgatis etiam scriptis in contrasentientes ac praesertim in eorum Episcopos debacchari, et scandalosius ac impiissime quacumque spreta Sedis Apostolicae eorumdemque Episcoporum auctoritate, seditionem in Ecclesia concitare, ac sine missione, conculcatisque omnibus sacris Ecclesiae canonibus, interdicto sibi ministerio in tot millium animarum perniciem nulliter fungi? Ecquis superbientium haereticorum et schismaticorum de se suaque secta altius tumuit ac sensit, et inliquiora vomuit, egitque contra Romanos Pontifices, eisque communicantes Episcopos, scilicet contra Catholicam Romanam Ecclesiam? Horrent profecto Catholicae aures audientes ab his sacerdotibus doceri, nihil Catholicorum interesse debere, utrum Ecclesiae Catholicae Caput sit Catholicum? Id solum, dilectissimi, satis esset, ut vestrorum pseudomagistrorum agnoscatis insidias ac deliramenta, utque proinde debeatis eorum placita ac consilia execrari, et sacrilegum declinare magisterium, ac schisma relinquere, hinc et ab eis omnino desciscere, atque ad Ecclesiae redire uni-

tatem. Sed et praeclarum vos moveat exemplum, et auctoritas eorummet Episcoporum, quos olim deerrantes hi sacerdotes ut patronos suspiciebant, et venerabantur, nunc autem nt sibi adversarios desperanter insultant, dum imo magis eos venerari deberent. Serio enim iidem Episcopi perpendentes Augustini monita, scilicet „Episcopos ordinari propter christianos populos, ideoqne de eorum Episcopatu facere eos debere, quod christiauis populis ad christianam pacem prodest, Episcopalemque dignitatem fructuosiorem eis fieri magis si gregem Christi deposita collegerit, quam si retenta disperserit, nec sibi sperandum esse in futuro seculo promissum a Christo honorem, si eornm in hoc seculo honor christianam impedit unitatem", atque hinc cernentes in huiusmodi ad amussim se versari circumstantiis, id tandem cousilii ipsi coeperunt, sancteque id praestitere, quod faciendum monebat, et ipsemet fecisset Augustinns. Quorum Episcoporum, ut iam probe nostis, exemplo et anctoritate quamplures ex schismaticis sacerdotibus, hinc et non exigua factionis vestrae pars, relicto schismate ad Catholicam redierunt unitatem. Quid igitur vos moratur, ne idipsum similiter faciatis? Itaue forsan ad hoc perducta est apnd vos rerum existimatio, qnemmadmodnm apud Donatistas, ut contendatis, factum eorum, qui de vestra praecisione praecisi sunt, nil valere adversus vos, quia vobis — quod tamen falsissimum — comparati pauci sunt, vestram autem sectam valere debere adversus Catholicam Ecclesiam, idest adversns gentes haereditatem Christi, et possessionem eius terminos terrae? Miror, inquiebat Augustinus de Donatistis loquens, si habet in corpore sangvinem, qui de hac re non erubescit.

Rerum ecclesiasticarum causamini mutationem initis Conventionibus, et Pii 7. concessionibns peractam, ac si quod principia mutata esset Catholica Religio? Utiqne id somniant, proclamant, vobisque falso, temere, et iniqne nugantur, qui vos in shismate detinere satagunt. Verum commenta haec sunt, et calumniae Pontificiam spernentium ac blasphoemantium auctoritatem; qui hoc ipso Religionem mutare convincuntur, dum Apost. Sedem audent de Religionis mutatione criminari. Ceterum nihil contra Catholicam

Religionem egit vel indulsit Pius 7. Firma semper remanent et intacta Religionis Catholicae dogmata atque statuta; una est eademque Pii 6. et Pii 7. fides; nihilque in pactis conventis reperire est, quod Summi Pontificis potestatem excedat, quodque defectu auctoritatis irritum haberi possit ac nullum; siquidem nihil reperitur quod contra spiritum, imo quod actum non fuerit iuxta spiritum piae Matris Ecclesiae, ex prudenti ac sapienti dispensationis oeconomia, qua pro circumstantiarum varietate uti semper consveverunt Romani Pontifices. Quandoquidem sciebat idem Pius VII. ac prae oculis habebat illud S. Leonis monitum: „Sicut quaedam sunt, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa esse, quae aut pro ratione aetatum, aut pro necessitate rerum oportet temperari"; quemadmodum et illud S. Augustini: „ubi per graves dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum esse aliqnid severitati (ecclesiasticae videlicet disciplinae), ut maioribus malis sanandis caritas sincera subveniat." Quapropter hisce principiis prudentissime ut sapiens Ecclesiae gubernator insistens, ac Gelasii I. regulam sequens, necessaria rerum dispensatione constrictus, atque libratis ex Apost. Sedis moderatione Canonum paternorum decretis, mensisque praedecessorum suorum praeceptis, ea, quae suorum necessitas temporum restituendae in Gallia Religioni, restaurandisque Ecclesiis relaxanda deposcebat, adhibita consideratione diligenti, quantum fieri potuit, temperavit, intacta prorsus ac in suo robore ea relinquens, quae nulla poterant ratione convelli, impositaque iis, qui contra haec egerant, schismatis reatu pollutis debita Ecclesiae satisfactione, ut in eius communionem reciperentur, quin eum tamen illud praeteriret Augustini, nimirum cognitos malos bonis non obesse in Ecclesia, si eos a communione prohibendi aut potestas desit, aut aliqua ratio conservandae pacis impediat. Quid ergo sanctissimum hunc Pontificem, qui totius orbis sibi conciliavit venerationem, in aevum profecto duraturam, calumniantur sacerdotes vestri, ac sacrilego et haereticali ore blasphoemant tamquam sacrorum canonum conculcatorem, Episcopa-

lium iurium usurpatorem, Catholicae Religionis hostem et persecutorem, adeo ut asserere non erubescant, quod a seculo est inauditum, quodque omnium seculorum fidem evertit, videlicet separationem a Pio VII. esse catholicitatis characterem necessarium?

Haec delibasse sufficiat. Recensenda autem ea duximus, ut vos detecta vestrorum magistrorum vesania, qui dum ore se venerari simulant Catholicam Ecclesiam, eam in Summo Pontifice et Episcopis insultare, et eiurare convincuntur, ab eis penitus recedatis; utque simul et ipsi videant se non habere omnino quod dicant contra veritatem, nec eius remanere nisi solam animositatis infirmitatem, quae tanto est langvidior, quanto se maiores vires habere existimat; hincque id videntes, tandem resipiscant, atque ad Catholicam revertantur unitatem. Tanto quippe magis eorum debebamus commemorare vanitatem, quanto magis eorum quaerimus salutem; non secus enim ac pro vobis, ita et pro ipsis quoque medullas caritatis nostrae incessanter Deo fundimus, ut det illis sobrium sensum, roboretque virtute ex alto ad proprias animas coecitatis et schismatis, in quo versantur, abysso redimendas. Hortamur ergo vos, dilectissimi, et obsecramus, ne velitis a veritatę auditum avertere. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; ad cor redite. Deterrimum schisma, certam perditionis viam, magno ac forti animo relinquite, atque ad Ecclesiam, extra quam ut oves errantes absque pastore vagamini, omni abiecta cunctatione revertite, serio considerantes, quod quisquis a Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate sejunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. (August.) Jam vestri, quorum studium datis etiam ad eos literis commendavimus, et iterum commendamus, Episcopi id vobis pro pastorali eorum officio denunciare, atque in omni patientia, et doctrina, ac in spiritu lenitatis vos instruere, id est caliginosas, quae vos tenent, illusiones discutere non destiterunt. Ecce ipsamet nunc pia Mater Ecclesia, contra quam murmuratis, imo Christus ipse, quem in Ecclesiae Pastoribus spernitis,

per os nostrum ad vos loquitur, vos ad se advocat, pacisque munera vobis offert. Obtestamur igitur vos per viscera misericordiae Dei nostri, nolite obdurare corda vestra. Errare hominis est, sed quasi peccatum ariolandi esset monenti Ecclesiae ac vocanti Christo repugnare, et quasi scelus idololatriae nolle acquiescere.

Verum dum super vestra ab Ecclesia discessione, vestrisque, in quibus decepti hactenus ambulastis, erroribus graviter dolemus: de vestra tamen plurimum confidimus docilitate, quod nempe paternae caritatis nostrae verba religiosis auribus suscepturi sitis, ac monita facturi. Speramus siquidem eum nos adhortationis huius nostrae uberem fructum in vobis divina opitulante gratia habituros, quem elapsis mensibus magna cum cordis nostri laetitia habuimus in quibusdam alterius regionis incolis, qui pariter vicissitudinum politicarum occasione et obtentu veluti agmine facto contra proprium Episcopum sacerdotesque omnes ab eo missionem habentes, continuis gravibusque anxietatibus lacerati ab eorum jampridem se separaverant communione. Nostram enim ut audierunt vocem, ad debitam eisdem Episcopo et sacerdotibus obedientiam eos revocantem, nobis in omnibus filiali submissione ac nulla interposita mora obsequentes obtemperarunt, sicque Ecclesiae reconciliati ad Jubilaei admissi sunt participationem; quod quidem cum non dubiis internae pacis significationibus atque in gaudio spiritus celebrârunt. Enixis interim precibus Patrem luminum Deum exoramus, ut det nunc similiter voci nostrae vocem virtutis pro vestra etiam exhortatione et salute, atque ut vos pro sua misericordia confortet adversus animarûm vestrarum proditores, quatenus fractis teterrimi schismatis, quae vos constringunt, catenis, ad sinum confugiatis amantissimae Matris Ecclesiae, et sic amplissimam Jubilaei veniam consequi et ipsi possitis. Sed ne pluribus vos detineamus, paternam hanc nostram exhortationem concludimus verbis S. Augustini: „Si paci Christi, et unitati consenseritis, de vestra correctione gaudebimus, et Sacramenta Christi, quae in sacrilegio schismatis ad iudicium habetis, utilia et salubria vobis erunt, cum in Catholica pace habueritis

Caput Christum, ubi caritas cooperit multitudinem peccatornm." Sic ergo agite, dilectissimi, et Deus totius consolationis et pacis erit vobiscum. Datum Romae apud S. Petrum die 2. Julii 1826.

325.

Idem Leo PP. in bulla coordinationem Provinciae Superioris Rhenanae concernente de a. 1827. tam ius Capitulorum in electione Antistitis, quam iura Episcoporum in regimine dioecesano, et libera cum Ecclesiae Capite communicatione sarta tectaque servari decernit. *)

Leo XII. Ad Dominici gregis custodiam Pastores praeficere, qui et sacrorum procuratione et ministerio verbi in semitis illum regant iustitiae, ac salutis, maxima semper assiduaque contentione Romani Pontifices adnisi sunt, probe gnari id sibi ex muneris sui officio a Pastorum Principe inprimis commendari. Hoc proinde consilio pro summo, quo in Ecclesiae bonum flagrabat, studio fel. rec. Praedecessor noster Pius VII. maxime sibi religioni duxit, intentas in eos orthodoxae fidei cultores sollicitudines convertere, qui Serenissimorum Principum Statuumque Germaniae, Regis nempe Würtembergiae, magni Ducis Badensis, Electoris Hassiae; Magni Ducis Hassiae, Ducis Nassoviensis, Liberae Civitatis Francofurtensis, Magni Ducis Megulopolitani, Ducum Saxoniae, Ducis Oldenburgensis, Principis Waldecensis, ac Lib. Civitatum Hanseaticarum Lubecensis et Bremensis dominationi subsunt; ac proinde diligentissime iis omnibus perpensis, quae magis ex re esse visa sunt, praesides sacrorum iisdem assignandos curavit. Datis idcirco ad diem sept. Cal. Septembris a. 1821. apostolicis literis, quarum initium „Provida solersque" AEppalis Friburgensis Sedes, eiusque Suffraganeae quatuor, Rottenburgensis, Moguntina, Limburgensis, ac Fuldensis constitutae sunt, cunctis opportune in id operis sancitis, quae ad antistitum censum, ad Canonicorum collegia, ad Seminaria, ad Paroecias, ad Cathedra-

*) *Müller*, Lexicon des Kirchenrechts. 5. B. 2. Aufl. p. 159.

les aedes erant praefinienda. Quinimo Deo bene iuvante, qui Pater est luminum et auctor totius consolationis, in eo iam sumus, ut iis sedibus suos quamprimum Pastores praeficiamus. Verum nonnulla adhuc concilianda desiderabantur, quibus in futura tempora de Antistitum praesertim electione opportuna pro locorum ratione esset consultum, ut integra in id causae perstent Apostolicae Sedis iura, et omnia, quae idcirco erunt ibidem peragenda, communis opinionis testimonio commendentur. Nostras in id curas impensae appulimus, id unice in gravissimo hoc et difficili negotio revolventes animo, ut ea omnia adimerentur, quibus adhuc praepodiuntur maxima animarum lucra per memoratae Bullae dispositiones procurata, et optatum exitum tandem nanciscantur, quae in Religionis commodum fuerant constituta. Omni itaque negotii ratione in examen deducta, iisque susceptis consiliis, quae ex rei natura eiusque adiunctis universis occurrerunt, auditis nonnullis ex Ven. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus — haec, quae sequuntur, decernimus ac mandamus. *Primo:* Quoticscunque Sedes AEppalis vel Eppalis vacaverit, illius Cathedralis Ecclesiae Capitulum intra mensem a die vacationis computandum summos respectivi territorii Principes certiores fieri curabit de nominibus Candidatorum ad Clerum Dioecesanum spectantium, quos dignos et idoneos iuxta SS. canonum praescripta iudicaverit ad AEppalem vel Eppalem Ecclesiam sancte sapienterque regendam; si forte vero aliquis ex Candidatis ipsis Summo territorii Principi minus gratus extiterit, Capitulum e catalogo eum delebit, reliquo tamen manente sufficienti Candidatorum numero, ex quo novus Antistes eligi valeat. — — *Quarto:* — Postquam AEppus vel Eppus S. Sedis auctoritate fuerint instituti, eis a Summo Pontifice committetur, ut eiusdem Summi Pontificis nomine ad nominationem Decani, Canonicorum, et Vicariorum Capituli procedant, iisque dent canonicam institutionem. Deinceps vero quoticscunque Decanatus, aut Canonicatus, vel Vicariatus vacaverint, AEppus vel Eppus cum respectivo Capitulo alternis vicibus intra sex hebdomadas a die vacationis proponent Summo territorii Principi quatuor candidatos in sacris ordinibus

constitutos iisque praeditos qualitatibus, quos sacri canones in Capitularibus requirunt. Quodsi forte aliquis ex ipsis Candidatis Summo territorii Principi minus sit gratus, id quamprimum AEppo vel Eppo vel respectivo Capitulo idem Summus Princeps indicari curabit, ut ab elencho Candidatorum deleatur; tunc vero AEppus aut Eppus ad collationem Decanatus, Canonicatus, aut Praebendae vel Vicariae, seu respective Capitulum procedet ad nominationem unius ex reliquis Candidatis, cui AEppus aut Eppus canonicam dabit institutionem. *Quinto:* In Seminario AEppali vel Eppali is clericorum numerus ali, atque ad formam decretorum S. Conc. Tridentini institui ac educari debebit, qui dioecesis amplitudini et necessitati respondeat, quique ab Episcopo congrue erit definiendus. *Sexto:* Liberum erit, cum Sancta Sede de negotiis ecclesiasticis communicare, atque AEppus in sua Dioecesi et Provincia Ecclesiastica, uti et Episcopi in propria quisque dioecesi pleno iure Episcopalem iurisdictionem exercebunt, quae iuxta canones nunc vigentes et praesentem Ecclesiae disciplinam eisdem competit.

Haec porro, quae tenore praesentium apostolicae sanctionis robore communimus, districte mandamus, ut Antistites ac Capitula memoratarum aedium in iis, quae ad ipsos spectant, accurate ac diligenter exequantur, et servent. Id vero et ab Serenissimis Principibus certa iucundaque spe praestolamur, ut animo, quo sunt magno et excelso atque ad populorum felicitatem operandam intento, animadvertentes, quonam nostra toto hoc in negotio sese protulerit indulgentia, benevolos ac in dies magis praebeant erga Catholicos subditos, quos certe et fide, et obsequio, et obediendi studio sibi quam maxime devinctissimos tempore quolibet nanciscentur. — Datum Romae apud S. Petrum a. 1827. tertio idus Aprilis.

326.

Bulla Leonis XII. de Ecclesia Belgica a. 1827. edita: cuius ope cetera inter Episcopis libera Vicariorum electio, Seminariorum regendorum potestas, Professorum ac Rectorum delectus adseritur, *)

Leo XII. Quod iamdiu maximis erat in votis, nimirum ut Ecclesiasticae res in Regno Belgico opportune componerentur, id iuvante Deo, qui Pater est misericordiarum et Deus totius consolationis, demum feliciter effectum gratulamur. Nihil enim iucundius accidere nobis poterat, utpote qui in summo Apostolatus apice meritis licet imparibus constituti, pro illa, qua dies noctesque urgemur, omnium Ecclesiarum sollicitudine dolebamus vehementer de gravissimis malis, quae ex ingentibus praeteritorum temporum calamitatibus redundarunt in eiusdem inclytae Nationis Catholicos, quos ceteroquin et fidei constantia, et in hanc Apostolicam Sedem devotio summopere commendant. Porro saluberrimum opus istud, quod fel. rec. Praedecessor noster Pius VII. aggressus est, et nos deinde vestigiis eius inhaerentes tandem absolvimus, coeptum perfectumque est accedente ope ac munificentia Sereniss. Principis Guilielmi Belgarum Regis, cuius proinde propensam erga catholicos magno numero sibi subditos voluntatem grata semper memoria prosequemur. Ergo ad Omnipotentis Dei gloriam, atque ad honorem Deiparae Virginis Mariae, quam ut Patronam Belgae praecipuo honorant cultu, sed et ad ipsorum Belgarum spirituale bonum Nos istamque Sedem Apost. inter et laudatum Seren. Regem Guilielmum rite Conventio habita est, quam praesentium literarum vigore apostolica auctoritate duximus confirmandam. Huiusce autem Conventionis tenor est, qui sequitur:

„Art. 1. Conventio a. 1801. inita inter Summum Pontificem Pium 7. et Gubernium Gallicanum, quae in meridio-

*) Der Katholik, eine religiöse Zeitschrift. 1827. Novbr. p. 203.

nalibus R. Belgici provinciis viget, ad septemtrionales provincias applicabitur. 2. Quaelibet Dioecesis suum Capitulum, suumque Seminarium habebit. 3. Quoad casum in art. 17. Conventionis a. 1801. initae antevisum id statuitur: quotiescunque Sedes AEppalis vel Eppalis vacaverit, illarum Ecclesiarum Capitula intra mensem a die vacationis computandum Serenisa. Regem certiorem fieri curabunt de nominibus Candidatorum ad Clerum R. Belgici spectantium, quos dignos et idoneos ad AEppalem vel Eppalem Ecclesiam regendam iudicaverint, quosque ea pietate, doctrina ac prudentia praeditos esse cognoverint, quae iuxta Ecclesiae leges in Episcopis requiruntur. Si forte vero aliqui ex Candidatis ipsis Serenisa. Regi minus grati extiterint, Capitula ex catalogo eos delebunt, reliquo tamen manente sufficienti Candidatorum numero, ex quo novus AEppus vel Eppus eligi valeat. Tunc vero Capitula ad canonicam electionem — procedent, ac documentum electionis in forma authentica intra mensem ad Summum Pontificem perferri curabunt. — — Romae die 18. Junii 1827. Maurus Card. Cappellari. — Comte de Celles. — Franc. Capaccini. — Germain."

Hanc igitur Conventionem, quam cum Sereniss. Belgarum Rege inivimus, quaeque supraascriptis articulis continetur, motu nostro proprio — approbamus ac ratam habemus, illique apostolici muniminis et firmitatis robur et efficaciam adiungimus. Quocirca illud inprimis declaramus atque decernimus, ut Conventio inter S. Sedem et Gubernium Gallicanum inita die 15. Julii a. 1801. et a Praedecessore nostro Pio PP. VII. confirmata, quae in meridionalibus Regni Belgici provinciis viget, septemtrionalibus quoque provinciis applicetur, ut in uno eodemque Regno universae ecclesiasticae res una eademque ratione regantur, pertractentur. Deinde vero, quoniam ad plenam novissimae Conventionis executionem necessarium est, quemadmodum necesse fuit tempore Conventionis anni 1801. dioecesium numerum constituere, easque suis finibus circumscribere, nos collatis cum Ser. Rege Guilielmo consiliis, ad Catholicae Religionis incrementum atque ad animarum salutem praeter quinque iam actu existentes, tres alias pro nunc Episcopales Sedes re-

stituere vel de novo erigere, sicque universum Belgicum Regnum in octo dioeceses dividere, totidemque inibi Cathedrales Ecclesias constabilire decrevimus, quarum una Metropolitana, reliquae interim eiusdem sint Suffraganeae. — In qualibet Ecclesia Cathedrali suum quoque aderit Capitulum. Dotem autem congruam, atque perpetuam unumquodque Capitulum habebit, et congrua similiter ac perpetua dos unicuique ex Sedibus Eppalibus assignabitur: quarum quidem Sedium status per Ser. Regis munificentiam, ut firmiter confidimus, melior in dies feliciorque evadet. — At vero posteaquam Capitula Ecclesiarum omnium fuerint constituta, facultatem eisdem Capitulis tribuimus, ut perdurantibus rerum adiunctis in Art. 17. Conventionis a. 1801. initae antevisis, quoties AEppalis vel Eppalis Sedes vacaverit, Capitulares illius vacantis Ecclesiae, unumquodque scilicet Capitulum pro Ecclesia sua, capitulariter congregati et servatis canonicis regulis novos Antistites ex ecclesiasticis Belgici Regni viris, dignis tamen et iuxta eccles. sanctiones idoneis ad formam art. 3. novissimae conventionis eligere possint. Verum pro hac prima vice nobis reservamus Ecclesias Regni Belgici de Pastoribus providere, quemadmodum pro Mechliniensi Ecclesia a fel. rec. Pio 7. praed. nostro factum est; ac pari modo si ob dioecesium vastitatem contingat, ut Episcopi Dioecesani alieno indigeant ministerio in iis etiam, quae characterem requirunt episcopalem, nobis et successoribus nostris reservamus eiusmodi dioecesium Episcopis, prout necessarium iudicaverimus, auxiliares Episcopos concedere, qui eis tamquam Suffraganei adiumento sint in Pontificalibus muniis explendis; quibus Episcopis Seren. Rex eveniente casu dotationem eorum statui convenientem assignabit. Annuimus autem, ut AEppus et Eppus quisquo supradictarum Ecclesiarum postquam ab hac Apost. Sede canonicam acceperit institutionem, et antequam suum gerendum munus suscipiat, coram Serenissimo Rege iuramentum fidelitatis emittat, prout fuerat constitutum in art. 6. Conventionis a. 1801. — Similiter annuimus, ut hoc idem iuramentum praestent ecclesiastici quoque viri secundi ordinis coram auctoritati-

bus civilibus a Rege designatis, quemadmodum statutum fuerat in art. 7. eiusdem conventionis. —

Episcopi autem liberam habebunt suorum Vicariorum in spiritualibus generalium nominationem et electionem. Porro tum AEppi tum Eppi cuiusque praecipua cura versabitur circa Seminaria. In illis enim adolescentes, qui in sortem Domini vocantur, opportuno tempore ad pietatem morumque integritatem, et ad ecclesiasticam omnem disciplinam sicut novellae plantationes in iuventute sua informandi sunt. Enimvero boni ac strenui in vinea Domini operarii non nascuntur, sed fiunt; ut autem fiant, ad Episcoporum solertiam industriamque pertinet. In executionem itaque art. 2. novissimae Conventionis a nobis cum Seren. Rege initae Seminaria in qualibet dioecesi eo qui sequitur modo constituentur, regentur et administrabuntur. Ac primo quidem is adolescentium numerus in iisdem ali, institui, atque educari debebit, qui necessitatibus cuiusque dioecesis et populi commoditati plane respondeat, quique ab Episcopo congrue erit definiendus. Quum vero maxime intersit, ut qui sacris se ministeriis addicunt, non solum in ecclesiasticis verum etiam in philosophicis disciplinis aliisque ad ecclesiasticas conducentibus rite instituantur, ut forma gregis fiant, et semper parati sint ad rationem reddendam omni poscenti: idcirco Episcopi in Seminariis eas omnes cathedras constituent, quas ad completam clericorum suorum institutionem necessarias iudicabunt. Doctrinae denique ac disciplinae institutio, educatio et administratio Seminariorum subiiciuntur auctoritati Episcoporum respectivorum iuxta formas canonicas. Hinc libera erit Episcopis tum Clericorum in Seminariis admissio, et ab eisdem expulsio, tum etiam Rectorum et Professorum electio, eorumque, quoties id necessarium aut utile iudicabunt, remotio. Quae autem necessaria sunt pro his Seminariis vel instituendis, vel conservandis, ea liberaliter a Seren. Rege suppeditabuntur, qui magnanimi Principis animum ostendens congrue se providere velle iis omnibus, quae ad ecclesiasticam instructionem necessaria sunt, atque eo modo, qui nobis sit gratus, per extraordinarium suum apud nos oratorem professus est. — — — Datum Romae apud S. Petrum anno 1827. sextodecimo cal. Septembris.

2. Facta aliorum Episcoporum pro tuendis Ecclesiae iuribus.

827.

Epistola Eppi Curiensis in Helvetia ad Cantonem Graubünden, qua postulatum Cantonis de communicandis pro ulteriori instituendo examine actis erecti Eppatus Sangallensis repellit, velut eiusmodi, quod supremae Sedis Apostolicae decisioni oppido adversetur. A. 1824. *)

Ew. an mich unterm 18. d. erlassenes — Schreiben habe ich zwar richtig erhalten, aber mich durch den Inhalt desselben in mehr als einer Rücksicht und nicht ohne Grund tief gekränkt gefunden. — — Mit welchem Recht könnte der kathol. Bundestheil (des Cantons Graubünden) — von einer Theilnahme der aus zwei Drittheilen einer andern Confession bestehenden Staatsbehörde kann in einem Geschäft religiöser Wesenheit ohnehin gar keine Rede seyn, da selber der Bischof ebenso fremd als diese ihm seyn muss — von seinem Bischof eine Vorkenntniss über Unterhandlungen verlangen, die als rein geistlich ausser dem Einfluss des obersten Kirchenhauptes, des Bischofs, und des betreffenden das neue Bisthum dotirenden Kantons, keines vierten Theilnehmers empfänglich waren? Der Papst errichtet in dem Kanton St. Gallen ein neues, von jenem von Chur durchaus unabhängiges, in allen Nebenzweigen getrenntes, einzig durch die gemeinsame Wahl eines jeweiligen künftigen Bischofs verbundenes Bisthum. Se. Heiligkeit errichten und vereinigen es kraft päpstlicher, zu allen Zeiten, besonders in diesen neuesten unzählige Male ausgeübten, von keinem Christen bezweifelten Vollmacht, unter einem Oberhirten, in der heilsamsten, von allen Wohldenkenden mit innigsten Dank zu erkennenden Absicht, um den durch den Verlust des abgerissenen Bisthumstheils in Tirol und Vorarlberg auf 8000. Seelen sich belaufenden Abgang von Katholiken zu ersetzen. Der Bischof im Einverständniss

*) Theologische Quartalschrift. Tübingen. 1824. p. 700.

mit seinem Domkapitel, dem einzigen Stand, der in Angelegenheiten dieser Art von selbem zu berathen ist, fügt sich in schuldigem Gehorsam dem Wunsch und den Einrichtungen des kirchlichen Oberhauptes; der von eben dieser höchsten Behörde ausgegangene Plan wird von jenen, deren erforderliche Zustimmung er bedarf, angenommen, und durch eine päbstliche Bulle als souveraine oberhirtliche Bestätigung der rechtlich vorgegangenen Verhandlung — die Vollziehung derselben angeordnet. Dieses ist die unumwundene Darstellung des ganzen Vorgangs. Ich stelle es nun jedem Unbefangenen anheim, einen vernünftigen, von unbefugter Theilnahmsbegierde entfernten Grund aufzufinden, der dem in seinem Wirkungskreis von Niemand abhängigen Bischof eine vorläufige Abfindung mit dem kathol. Religionstheil Bündens zur Pflicht gemacht hätte, in deren Vernachlässigung man eben jene Achtungsversagung finden möchte, die in der überspannten Forderung selbst zu suchen ist. Ein Benehmen dieser Art würde vielmehr bei unterrichteten Katholiken die einem Bischof so nachtheilige Meinung erzeugt haben, als glaube er in seiner Amtsübung des weltlichen Einflusses zu bedürfen, oder sich bei der Politik Rath zu erholen, oder — was ohne selbsteigne Verletzung seiner Würde nicht hätte geschehen können — sich eine Art Erlaubniss zu erbitten, das Beste seiner Kirche, die zu regieren der heil. Geist ihn gesetzt hat, zu befördern. Welchen Namen kann man so einer Forderung geben, wenn sie nicht Anmassung und unbefugte Einmischungslust in rein geistliche Gegenstände einer eben diesen Gegenständen ganz fremd bleiben müssenden Parthei heissen soll? Glaubt man vielleicht in einer Stellung des Churischen Hochstifts in Rücksicht des Landes, oder in jener des „Corporis Catholici" in Bezug auf dieses einen Grund zu politischer Theilnahme zu finden: so würde man sich einem doppelten Irrthum Preis geben. Das Bisthum, älter als der Canton Graubünden, ist schon eben darum kein Cantonalbisthum. Weder aus dem Titel seiner Stiftung, noch aus welch immer andern, hat es je die geringste Abhängigkeit von dem Staat anerkannt. Seit so vielen Jahr-

hunderten seines Bestehens haben die Churischen Bischöfe und ihre Domkapitel mit eben so viel Muth als Erfolg sich jeder Kränkung, jeder Beschränkung widersetzt, und wenn in den trüben Zeiten manchmal ihrer kanonischen Freiheit in Wahlen oder andern Gegenständen durch aufgedrungene Forderungen zu nahe getreten werden wollte, haben sie sich durch beharrliche Verwerfung derselben oder selbst geschützt, oder der Ausspruch des heil. Vaters zu Rom hat der Sache durch sein Ansehen ein Ende gemacht. Das löbl. „Corpus Catholicum", das in gemischten Staaten zur Wahrung seiner religiösen Rechte und Befugnisse und Abwendung allfälliger Eingriffe von Seite der andern Confessionsgenossen aufgestellt ist, hat gegenüber dem Bischof keine eigene Existenz; es besteht in Beziehung auf diesen in der Gesammtheit der Katholiken, deren Haupt er ist; noch weniger kann es sich in Rücksicht der ganzen Diöces die Eigenschaft einer Behörde aneignen. Eine Behörde ohne Jurisdiction ist keine, und diese kann doch der ganzen Masse von untergebenen Gliedern gegen ihr Haupt nicht zukommen, wenn man nicht behaupten wollte, dass das Schaaf den Hirten, das Kind den Vater, und der Untergebene seine Obrigkeit zu regieren berechtigt sey, oder sich auf diese Art ganz mit dem Protestantismus vereinigen, nach dessen Grundsätzen in der politischen Gewalt auch die kirchliche, in dem Landesherrn der Papst erkannt wird. Allein eben dieses Absurdum enthält die Anzeige, dass sich der eben itzt versammelte grosse kath. Kantonsrath über den Inhalt der Vereinigung ein Urtheil zu fällen vorbehalte. Wie! über eine von dem Statthalter Christi durch eine Bulle ausgesprochene und bestätigte Bisthumsaufrichtung und Vereinigung wagt es, in unfassbarer Verblendung, eine kleine Anzahl katholischer Laien ein Urtheil fällen zu wollen? Was Gottes Stellvertreter gutgeheissen, muss noch seine Gültigkeit von Bündens katholischer Session erwarten? Ich finde keinen Ausdruck diese irreligiöse Benehmung zu bezeichnen. Ich würde dem Ausbruche des gerechtesten Schmerzes hierüber freien Lauf lassen, wenn mir nicht der einzige Trost in der Überzeugung übrig bliebe, dass die

meisten eben versammelten Katholiken das Sündhafte, bestimmt Urkatholische dieser Anmassung gar nicht begreifen, wohl nicht einmal vermuthen. Jene aber, die sich einer solchen Anmassung nicht scheuen, haben für diesen Punct aufgehört Katholiken zu seyn, und nicht über den päpstlichen Ausspruch, sondern über sich, wenn sie ihre Gesinnungen nicht ändern, das Urtheil für die Ewigkeit gesprochen, und ein eben so trauriges würde dermal einst der Hirt aller Hirten über den Bischof ergehen lassen, der in einem Zeitpuncte seine Stimme nicht erheben wollte, wo die ihm anvertraute Heerde durch falsche Grundsätze irre geführt zu werden Gefahr lauft. Ich ersuche Ew. geziemend, dieses Schreiben, das nicht so fast eine Rückäusserung auf das an mich gelangte, als eine von Amtswegen und Hirtensorglicher Schuldigkeit ausgegangene Belehrung sein soll, zu der ich als Bischof eben so berechtigt bin, als katholische Diöcesanen sie mit Achtung aufzunehmen sich verpflichtet finden sollen, dem löbl. kathol. grossen Rath mitzutheilen; nach Bedarf der Umstände werde ich solchem selbst auf geeigneten Wegen eine weitere Publicität geben. — Chur, am 23. Juni 1824. Carl Rudolph, Fürstbischof.

828.

Vicariatus Fuldensis Regimini Magno-Ducali Saxo-Vimariensi a. 1825. declarat: decreto Gubernii Civilis de celebrando per Catholicos festo auctoritate politica edito obsequium praestari haud posse. *)

Die hochgeehrtesten Herren haben unterm 2. Nov. d. J. uns ersucht, die kirchliche Begehung des auf den 2. December festgesetzten, und vermöge §. 7. des Gesetzes über die kath. Kirchen und Schulen, auch für die kathol. Unterthanen im Eisenacher Kreise vorgeschriebenen Busstages den kathol. Parochianen — durch die Pfarrer bekannt machen zu lassen, und diesen zugleich den dabei zu beobachtenden

*) Der Katholik, eine religiöse Zeitschrift. XIX. Band. 1826. Beil. p. 9.

Ritus zu bestimmen. Aber wir finden uns ausser Stand, einem solchen Ersuchen zu willfahren, beziehen uns desfalls auf unsere gegen jenes Gesetz und insonderheit gegen §. 7. bei Serenissimo selbst vorgetragenen Beschwerden, und bemerken dabei: 1. Es ist nicht eine von uns erfundene, noch auch ohne Gründe festgehaltene Behauptung, dass ein Regent, am allerwenigsten ein protestantischer, seinen katholischen Unterthanen keine liturgischen Handlungen, Feiertage oder Buss- und Bettage vorschreiben könne; es beruht vielmehr diese Behauptung auf der richtigen Einsicht des Verhältnisses der kath. Kirche zum Staate und des Juris circa sacra, auf der Natur der Sache so wie auf Geschichte und Kirchenrecht, wesshalb auch kein kathol. Suoverain protestantische Unterthanen anhält, katholische Festage mitzufeiern, und der prot. geh. Rath Schmalz in seinem Handbuche des kanonischen Rechts 2. Aufl. Berlin. 1824. §. 255 sagt: „Das Recht, liturgische Vorschriften und Formen festzustellen, steht nur der allgemeinen und höchsten, so wie der höhern Gewalt der Bischöfe zu; der Staat hat kein Recht, liturgische Formen und Handlungen vorzuschreiben, und der evangelische Landesherr vermag solches nur als Bischof der protest. Confessionisten."? — Eben darum ist auch vorherzusehen, dass die Katholiken die Begehung jenes von dem Landesherrn gebotenen Busstages sich keineswegs werden gefallen lassen, und wir würden unsrer Stellung keine Ehre machen, wenn wir sie und die Pfarrer dazu anhalten, und dadurch jenes Gesetz, welches die Sphäre rechtlicher Befugnisse überschritten hat, feierlich anerkennen und die kirchliche Freiheit der Katholiken der weltlichen Gewalt als ein Regale hingeben wollten. 3. Aus den nemlichen Gründen haben wir im J. 1820 gegen das Verlangen des Kurhessischen Gouvernements, den 18. October mit den Prostestanten als einen kirchlichen Feiertag zu begehen, Vorstellungen gemacht, und man hat uns nicht nur hievon frei belassen, sondern auch niemals uns zugemuthet, die Buss- und Bettage in Kurhessen mit den Reformirten zu feiern, wie diess auch bei andern kathol. Unterthanen protest. Fürsten der Fall nicht ist. 4. Endlich haben die Katholiken schon Fei-

ertage genug, und ist die Vermehrung derselben nicht zu wünschen; ja gerade im Monate December sind uns die drei Quatembertage und die ganze Adventszeit eine der stillen Geistessammlung, der Gewissenserforschung und bussfertigen Vorbereitung auf Weihnachten ganz besonders gewidmete Zeit. Man lasse die Katholiken nach dem Frieden von Lüneville, nach dem Reichsdeputations-Hauptschlusse von 1803 und nach der Wiener Bundesacte, bei ihrer kirchlichen Verfassung, bei ihrer bisherigen Religionsübung und Gewissensfreiheit, und störe sie nicht in ihrem gesetzmässigen, bei dem Übergang an Sachsen Weimar garantirten Besitzstande. — Fulda, den 18. Nov. 1825. *Von Kempff.*

329.

Repraesentatio Episcoporum Galliae ad Regem Carolum X. contra decreta Regia de scholis ecclesiasticis secundariis seu ita dictis parvis Seminariis edita, et libertatem docendi, aliaque iura Episcoporum circa inspectionem atque directionem memoratarum scholarum nimis constringentia. A. 1828. *) (Ex Gall.)

Sire! Die Zeit besänftigt nicht den Schmerz, welchen die Bischöfe Ihres Königreichs bei Gelegenheit der Verordnungen vom 16. Juni empfunden haben; im Gegentheile fühlen sie, dass er um so lebhafter und tiefer wird, je näher der unheilvolle Termin ihrer Ausführung herannaht. Die Gewissensunruhe gesellt sich noch zu diesem Schmerze, um ihnen denselben unerträglich zu machen. Wenn die Bischöfe in der That nur passive Zuschauer der Dinge, welche vorbereitet werden, bleiben müssten, so würden sie wenigstens in der Ertragung dieser grausamen Prüfung eine Linderung zu finden hoffen, welche durch Hingebung und Geduld ihnen zum Verdienste angerechnet werden müsste; da sie sich aber von den empfindlichsten Schlägen getroffen fühlen, und

*) *Theiner*, Geschichte der geistlichen Bildungsanstalten. Mainz. 1835. p. 476. — Der Katholik, eine religiöse Zeitschrift. 1828. Decbr. p. 298.

zwar durch eine Hand, welche sie zu segnen gewohnt sind, so wird es ihnen nicht erlaubt seyn, nur heimlich zu seufzen, und stillschweigend die Vollziehung der Massregeln abzuwarten, welche sie in die tiefste Betrübniss versenken, und ihre Kirchen kränken müssen. Man verlangt von ihnen selbst die unmittelbare Mitwirkung zur Vollziehung der Verordnungen, welche sie nicht anders betrachten können, denn erniedrigend für die Religion, hart für den Priesterstand, hemmend und quälend für die geistliche Autorität, von welcher sie Gott nur Rechenschaft schuldig sind, weil er allein ihnen die Ausübung derselben anvertraut hat. Man verlangt, dass sie durch eine directe und unmittelbare Beihülfe ihrerseits den Schein annehmen sollen, als billigten sie das, was ihre Principien nach ihrer Ansicht verdammen, und dass sie selbst daran arbeiten sollen, die Fesseln, welche die evangelische Freiheit ihnen zu dulden verbietet, nur stärker zusammen zu ziehen. So in die Mitte zwischen der zärtlichsten Zuneigung und den heiligsten Verpflichtungen gestellt, weiss das französische Episcopat durchaus nicht, wie es zu gleicher Zeit den Gefühlen des Herzens und der Stimme des Gewissens Genüge leisten soll. Erfüllt von Besorgnissen, welche selbst Feinde ihnen nicht zum Vorwurfe zu machen wagen dürften, erheben die Bischöfe ihre Blicke bald zum Himmel, wo die allerhöchste Majestät thront, deren Befehle sie achten müssen, bald zum Throne, welchen die zweite Majestät inne hat, deren geringsten Wunsch sie so gerne befriedigen möchten. In ihrer Angst, Sire, glauben die Bischöfe, nachdem sie in anhaltendem Gebete das Licht und den Beistand, welche von Oben herabkommen, erfleht haben, von den Gränzen des Respekts und der Unterwürfigkeit, worin sie schuldigermassen mehr als die übrigen Gläubigen das Beispiel geben müssen, sich nicht zu entfernen, wenn sie den Versuch wagen, zu den Füssen des Königs, wie bekanntlich schon einige ihrer in Paris vereinigten Collegen durch das Organ eines Mitgliedes vor der Publication der Ordonnanzen gethan haben, ihre Bedenklichkeiten und Besorgnisse niederzulegen, indem sie von Seiner Güte erbitten, bei diesen Ordonnanzen Modificatio-

illa, ac numquam satis execranda et detestabilis libertas artis librariae ad scripta quaelibet edenda in vulgus, quam tanto convicio audent nonnulli efflagitare ac promovere. Perhorrescimus, ven. fratres, intuentes, quibus monstris doctrinarum, seu potius quibus errorum portentis obruamur, quae longe ac late ubique disseminantur ingenti librorum multitudine, libellisque et scriptis mole quidem exiguis, malitia tamen permagnis, e quibus maledictionem egressam illacrymamur super faciem terrae. Sunt tamen proh dolor! qui eo impudentiae abripiantur, ut asserant pugnaciter, hanc errorum colluviem inde prorumpentem satis cumulate compensari ex libro aliquo, qui in hac tanta pravitatum tempestate ad religionem ac veritatem propugnandam edatur. Nefas profecto est, omnique iure improbatum, patrari data opera malum certum ac maius, quia spes sit, inde boni aliquid habitum iri. Numquid venena libere spargi, ac publice vendi, comportarique, imo et obbibi debere sanus quis dixerit, quod remedii quidpiam habeatur, quo qui utuntur, eripi eos ex interitu identidem contingat? Verum longe alia fuit Ecclesiae disciplina in exscindenda malorum librorum peste vel ab Apostolorum aetate, quos legimus grandem librorum vim publice combussisse. Satis sit, leges in Conc. Lateranensi V. in eam rem datas perlegere, et Constitutionem, quae deinceps a Leone X. fel. rec. fuit edita, ne id, quod ad fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christifidelium saluti detrimentum pariat. Id quidem et Tridentinis Patribus maximae curae fuit, qui remedium tanto huic malo adhibuere, edito saluberrimo Decreto de indice librorum, quibus impura doctrina contineretur, conficiendo. Pugnandum est acriter, inquit Clemens XIII. fel. rec. in suis de noxiorum librorum proscriptione encyclicis literis, quantum res ipsa efflagitat, et pro viribus tot librorum mortifera exterminanda pernicies; numquam enim materia subtrahetur erroris, nisi pravitatis facinorosa elementa in flammis combusta depereant. Ex hac itaque constanti omnium aetatum sollicitudine, qua semper sancta haec Apost. Sedes suspectos et noxios libros damnare, et de hominum

manibus extorquere enisa est, patet luculentissime, quantopere falsa, temeraria, eidemque Apost. Sedi iniuriosa, et foecunda malorum in christiano populo ingentium sit illorum doctrina, qui nedum censuram librorum veluti gravem nimis et onerosam reiiciunt, sed eo etiam improbitatis progrediuntur, ut eam praedicent a recti iuris principiis abhorrere, iusque illius decernendae habendaeque audeant Ecclesiae denegare.

Cum autem circumlatis in vulgus scriptis doctrinas quasdam promulgari accepcrimus, quibus debita erga Principes fides atque submissio labefactatur, facesque perduellionis ubique incenduntur: cavendum maxime erit, ne populi inde decepti a recti semita abducantur. Animadvertant omnes, non esse, juxta Apostoli monitum, potestatem nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt; itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resisit, et qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Quocirca et divina et humana jura in eos clamant, qui turpissimis perduellionis seditionumque machinationibus a fido in Principes desciscere, ipsosque ab imperio deturbare conituntur. Atque hac plane ex causa, ne tanta se turpitudine foedarent veteres Christiani, saevientibus licet persecutionibus, optime tamen eos de Imperatoribus, ac de Imperii incolumitate meritos fuisse constat, idque nedum fide in iis, quae sibi mandabantur, Religioni non contraria, accurate promteque perficiendis, sed et constantia, et effuso etiam in proeliis sangvine luculentissime comprobasse. Milites Christiani, ait S. Augustinus, servierunt Imperatori infideli; ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum, qui in coelis erat; distingvebant Dominum aeternum a Domino temporali, et tamen subditi erant propter Dominum aeternum etiam domino temporali. Haec quidem sibi ob oculos proposuerat Mauritius Martyr invictus, Legionis Thebanae primicerius, quando, uti S. Eucherius refert, hoc respondit Imperatori: milites sumus, Imperator, tui, sed tamen servi, quod libere confitemur, Dei: et nunc non nos haec ultima vitae necessitas in rebellionem coegit; tenemus ecce arma, et non resistimus, quia mori quam occidere satius volumus. Quae quidem veterum

Christianorum in Principes fides eo etiam illustrior effulget, si perpendatur cum Tertulliano, tunc temporis Christianis non defuisse vim numerorum et copiarum, si hostes exertos agere voluissent; hesterni sumus, inquit ipse, et vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum; cui bello non idonei, non prompti fuissemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quam occidere? si tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a vobis, suffudisset utique pudore dominationem vestram tot qualiumcunque amissio civium, imo et ipsa destitutione punisset; procul dubio expavissetis ad solitudinem vestram; quaesissetis, quibus imperaretis, plures hostes quam cives vobis remansissent, nunc autem pauciores hostes habetis prae multitudine Christianorum. Praeclara haec immobilis subiectionis in Principes exempla, quae ex sanctissimis Religionis Christianae praeceptis necessario proficiscebantur, detestandam illorum insolentiam, et improbitatem condemnant, qui proiecta effrenataque procacis libertatis cupiditate aestuantes toti in eo sunt, ut iura quaeque Principatuum labefactent, atque convellant, servitutem sub libertatis specie populis illaturi. Huc sane scelestissima deliramenta consiliaque conspirarunt Waldensium, Beguardorum, Wiclefistarum, aliorumque huiusmodi filiorum Belial, qui humani generis sordes ac dedecora fuere, merito idcirco ab Apostolica hac Sede toties anathemate confixi. Nec alia profecto ex causa omnes vires intendunt veteratores isti, nisi ut cum Luthero ovantes gratulari sibi possint, liberos se esse ab omnibus; quod ut facilius celeriusque assequantur, flagitiosiora quaelibet audacissime aggrediuntur. — Neque laetiora et Religioni et Principatui ominari possemus ex eorum votis, qui Ecclesiam a Regno separari, mutuamque Imperii cum Sacerdotio concordiam abrumpi discupiunt. Constat quippe, pertimesci ab impudentissimae libertatis amatoribus concordiam illam, quae semper rei et sacrae et civili fausta exstitit ac salutaris. At ad ceteras acerbissimas causas, quibus solliciti sumus, et in communi discrimine doloro quodam

angimur praecipuo, accessero consociationes quaedam, statique coetus, quibus quasi agmine facto cum cuiuscunque etiam falsao religionis ac cultus sectatoribus, simulata quidem in religionem pietate, vere tamen novitatis, seditionumque ubique promovendarum cupidine libertas omnis generis praedicatur, perturbationes in sacram et civilem rem excitantur, sanctior quaelibet auctoritas discerpitur.

Haec perdolenti sane animo, fidentes tamen in eo, qui imperat ventis et facit tranquillitatem, scribimus ad vos, Ven. fratres, ut induti scutum fidei contendatis praeliari strenue proelia Domini. Ad vos potissimum pertinet, stare pro muro contra omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. Exerito gladium spiritus, quod est verbum Dei, habeantque a vobis panem, qui esuriunt iustitiam. Adsciti, ut sitis cultores gnavi in vinea Domini, ut unum agite, in hoc simul laborate, ut radix quaelibet amaritudinis ex agro vobis commisso evellatur, omnique enecato semine vitiorum convalescat ibi seges laeta virtutum. Eos inprimis affectu paterno complexi, qui ad sacras praesertim disciplinas, et ad philosophicas quaestiones animum appulere, hortatores, auctoresque iisdem sitis, ne solius ingenii sui viribus freti imprudenter a veritatis semita in viam abeant impiorum. Meminerint, Deum esse sapientiae ducem, emendatoremque sapientium, ac fieri non posse, ut sine Deo Deum discamus, qui per verbum docet homines scire Deum. Superbi, seu potius insipientis hominis est, fidei mysteria, quae exsuperant omnem sensum, humanis examinare ponderibus, nostraeque mentis rationi confidere, quae naturae humanae conditione debilis est, et infirma. Ceterum communibus hisce votis pro rei et sacrae, et publicae incolumitate carissimi in Christo filii nostri viri Principes sua faveant ope et auctoritate, quam sibi collatam considerent non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium. Animadvertant sedulo, pro illorum imperio et quiete geri, quidquid pro Ecclesiae salute laboratur; imo pluris sibi suadeant fidei causam esse debere, quam regni, magnumque sibi esse perpendant, dicimus cum S. Leone Pontifice, si ipsorum diademati de manu Domini etiam fidei addatur

corona. Positi quasi parentes et tutores populorum, veram, constantem, opulentam iis quietem parient, et tranquillitatem, si in eam potissimum curam incumbant, ut incolumis sit Religio et pietas in Deum, qui habet scriptum in femore: Rex Regum, et Dominus Dominantium. Sed ut omnia haec prospere ac feliciter eveniant, levemus oculos manusque ad SS. Virginem Mariam, quae sola universas haereses interemit, nostraque maxima fiducia, imo tota ratio est spei nostrae. Suo ipsa patrocinio in tanta dominici gregis necessitate studiis, consiliis actionibusque nostris exitus secundissimos imploret. Id et ab Apostolorum Principe Petro, et ab eius Coapostolo Paulo humili prece efflagitemus, ut stetis omnes pro muro, ne fundamentum aliud ponatur praeter id, quod positum est. Hac iucunda spe freti confidimus, auctorem consummatoremque fidei Jesum Christum consolaturum tandem esse nos omnes in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis; coelestisque auxilii auspicem apost. Benedictionem vobis, Ven. fratres, et ovibus vestrae curae traditis peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam M. 18. Cal. Septembris die solemni Assumtionis eiusdem B. V. Mariae a. 1832.

336.

Epistola Cardinalis Pacca ad Lamennaium iussu Summi Pontificis 16. Aug. 1832. exarata, et errores, quos Lamennaius in Gallia de relatione inter Ecclesiam ac Civitatem sparsit, uberius exponens. (Ex Gall.) *)

Unser Heil. Vater beschloss, wie ich Sie'a in meinem Briefe, den Sie während Ihres Aufenthaltes in Rom von mir erhielten, hoffen liess, die Doctrinen des *Avenir* reiflich prüfen zu lassen und sie selbst zu prüfen, wie Sie und Ihre Mitarbeiter es inständig begehrt haben. Dieser zu allen Zeiten und von allen wahrhaft religiösen und soliden Gelehr-

*) Oeuvres complétes de F. de la Mennais. T. 2. Bruxelles. 1839. p. 551. — Katholische Kirchenzeitung. Aschaffenburg. 1837. N. 6.

ten befolgte Weg macht ihnen Ehre, und steht mit den Maximen und der beständigen Praxis der Kirche im Einklang. „Eximium illud, schrieb ehemals Papst Alexander 7. an den Rector der Universität Loisen, Salvatoris nostri voce toties inculcatum praeceptum de servandis Ecclesiae mandatis, deque audienda voce pastoris, quem vicarium suum in terris universi gregis cura demandata constituit, cum ad salutem et vitam, tum profecto est ad omne verae scientiae doctrinaeque lumen suscipiendum absolute necessarium; nisi enim in omnibus omnino determinationibus apostolicis et firmitati petrae, supra quam Ecclesiae suae fundamenta statuit Dominus, omnes hominum, et praecipue literis addictorum cogitationes et consilia immobiliter adhaereant, incredibile prorsus est, in quot et quantas vanitates et insanias falsas humani curiositas ingenii, quo magis etiam eius vis et perspicacitas excellit, per invita tandem et obruta feratur." Se. Heil. konnten die Bitte, die Sie durch mich an Allerhöchstdieselben richteten, um so weniger abschlagen, als das Episcopat sich gleichfalls an diesen Apost. Stuhl gewendet, um aus dem untrüglichen Munde des Nachfolgers des h. Petrus eine förmliche Entscheidung über gewisse Doctrinen des Avenir, die seit ihrem Entstehen so viel Lärmen machen, und die leider die betrübendste Trennung in Clerus bewirkten und noch bewirken zu erlangen. In dem Rundschreiben, das der heil. Vater an die Patriarchen, Erzbischöfe und Bischöfe der kath. Welt so eben erliess, um ihnen seine Erhebung auf den päpstlichen Thron anzuzeigen, und von dem Sie ein Exemplar eingeschlossen finden, das ich Ihnen auf ausdrücklichen Befehl übersende, finden Sie, Herr Abbé, die Doctrinen, welche Se. Heil. als der Lehre der Kirche wiederstreitend verwirft, sowie die, welche laut der heiligen und göttlichen Überlieferung und der beständigen Maximen des apost. Stuhls befolgt werden müssen. Unter den erstern sind einige, die im Avenir behandelt und entwickelt wurden, über die der Nachfolger des heil. Petrus nicht stillschweigen konnte.

Indem der heil. Vater eine heil. Pflicht seines apost. Amtes erfüllte, wollte er doch die Rücksichten nicht ver-

gessen, die er sowohl wegen ihrer grossen Talente als ihrer frühern Verdienste um die Religion für Sie hegt. Sie werden aus dem Rundschreiben ersehen, dass man Ihren Namen und sogar den Titel ihrer Schriften, aus denen die missbilligten Grundsätze gezogen wurden, gänzlich mit Stillschweigen übergieng. Allein da Sie die Wahrheit lieben, und sie zu kennen wünschen, um sie zu befolgen, so will ich Ihnen kurz und offen die Hauptpuncte bezeichnen, welche nach der Untersuchung des Avenir Sr. Heil. am meisten missfielen. Dieselben sind: Erstens sah allerhöchstdieselbe mit Leidwesen, dass die Redacteurs es sich herausgenommen, die delicatesten Fragen, welche der Regierung der Kirche und ihrem höchsten Chef zustehen, vor dem Publicum zu verhandeln und zu entscheiden, was nothwendig Verwirrung in den Köpfen, und insbesondere Trennung unter dem Klerus, die den Gläubigen immer nachtheilig ist, zur Folge hatte. Der heil. Vater missbilligt auch und verwirft selbst die Doctrinen von der bürgerlichen und politischen Freiheit, die, ohne Zweifel wider ihre Absicht, ihrer Natur nach die Tendenz haben, allerwärts den Geist des Aufruhrs und Empörung von Seiten der Unterthanen gegen ihre Souveräne zu wecken und zu verbreiten. Nun ist dieser Geist aber im offenbaren Widerspruche mit den Grundsätzen des Evangeliums und unserer heil. Kirche, die, wie Sie wohl wissen, den Völkern Gehorsam und den Souveränen Gerechtigkeit predigt. Die doctrinen des Avenir von der Freiheit der Culte und der Presse, welche durch die Herren Redacteurs mit solcher Übertreibung verhandelt und so weit ausgedehnt wurden, sind gleichfalls sehr tadelnswürdig und stehen mit der Lehre, den Maximen und der Praxis der Kirche im Wiederspruche. Sie haben Se. Heil. sehr befremdet und betrübt, denn wenn unter gewissen Umständen die Klugheit erheischt, dass man sie als das mindere Übel dulde, so können solche Doctrinen von einem Katholiken doch nie als etwas Gutes oder Wünschenswerthes geschildert werden. Was aber das Leidwesen des heil. Vaters endlich auf den Höhepunct steigerte, war der Vereinigungsact, der allen jenen vorgeschlagen worden, die trotz

der Ermordung Polens und der Zerstückelung Belgiens, und trotz des Benehmens der Regierungen, die sich liberal nennen, noch auf die Freiheit der Welt hoffen und daran arbeiten wollen. Dieser durch einen solchen Titel angekündigte Act wurde im Avenir publicirt, nachdem Sie in diesem Journal den Entschluss, mit einigen Ihrer Mitarbeiter nach Rom zu kommen, um das Urtheil des heil. Stuhls über Ihre Doctrinen kennen zu lernen, bereits feierlich ausgesprochen hatten, d. h. unter Umständen, wo mehr als ein Grund einzuhalten rathen musste. Der tiefen Einsicht Sr. Heil. konnte diese Bemerkung nicht entgehen; Höchstdieselbe missbilligt einen solchen Act dem Wesen und der Form nach, und Sie werden, wenn Sie mit der gewöhnlichen Tiefe Ihres Geistes etwas überlegen, leicht einsehen, dass die Resultate, die er haben müsste, ihn mit andern Verbindungen, welche der heil. Stuhl mehrmals verdammt hat, vermengen würden.

Diese Mittheilungen haben Se. Heil. mich beauftragt, Ihnen in vertraulicher Form zukommen zu lassen. Allerhöchstdieselbe erinnern sich mit der lebhaftesten Freude des schönen und feierlichen Versprechens, das Sie an der Spitze Ihrer Mitarbeiter gaben und drucken liessen, nach der Vorschrift des Erlösers die demüthige Gelehrigkeit der Kinder durch unbedingten Gehorsam gegen den Statthalter Jesu Christi nachzuahmen. Diese Erinnerung gewährt den Herzen des heil. Vaters Trost. Ich bin gewiss, dass Sie Ihr Versprechen halten werden. Auf diese Weise werden Sie das betrübte Herz Sr. Heil. trösten, dem Clerus von Frankreich, der, wie Sie wissen, in Partheien zerrissen ist, welche dem Gläubigen und der Kirche nur gefährlich werden können, die Ruhe und den Frieden wieder geben, und Sie werden Ihren Ruhm vor Gott nur befestigen, wenn Sie das Beispiel des grossen Mannes und Prälaten nachahmen, des Vorbildes Ihrer Nation, dessen Name der Kirche ewig werth und theuer bleiben wird, und der nach seiner glorreichen Handlung noch grösser war als zuvor. Sie werden diess edle Beispiel nachahmen, Sie sind dessen würdig. — Rom, den 16. Aug. 1832. Barthol. Cardinal Pacca.

337.

Breve ad Eppos Poloniae dd. 9. Junii 1832. de subiectione Principibus in iis, quae Dei ac Ecclesiae legibus adversa non sunt, praestanda. *).

Gregorius XVI. Cumprimum ad aures nostras fama acerbissimarum calamitatum, quae elapso anno florentissimum istud Regnum graviter oppresserunt, perlata est, simulque accepimus illas non aliunde profectas, quam ab aliquibus doli mendaciique fabricatoribus, qui sub Religionis praetextu nostra hac miseranda aetate adversus legitimam Principum potestatem caput extollentes patriam suam omni debitae subiectionis vinculo solutam tristissimo luctu compleverant: Nos posteaquam ad Dei O. M. cuius licet immerentes vices in terris gerimus, pedes provoluti uberrimas lacrymas effuderimus, asperrima mala lugentes, quibus portio ista Dominici gregis sollicitudini infirmitatique nostrae divinitus commissi afflictabatur; posteaquam in humilitate cordis nostri vehementiori affectu misericordiarum patrem precibus, suspiriis gemitibusque flectere studuerimus, quatenus cito provincias istas vestras tot tamque diris dissensionibus commotas, pacatas tandem et legitimae potestatis imperio restitutas nobis videre contingeret: encyclicas literas statim ad vos, Ven. fratres, dare studuimus, ut et malorum vestrorum pondere nos quoque premi intelligeretis, et solatii aliquid roborisque adderemus pastorali sollicitudini vestrae, quoad saniores doctrinas propugnandas, illasque carissimis clero gregique vestro suadendas et inculcandas novo semper ardentiorique zelo incumberetis. Verum cum nobis renunciatum sit, epistolas illas nostras ob summam temporum difficultatem ad vos minime pervenisse, ideo nunc temporis, quo praesenti Dei ope factum est, ut pacatae res sint atque tranquillae, rursus cor

*) *Morell*, Allokution Gregors XVI. — mit einer durch Documente belegten Darstellung der unablässigen Sorge Sr. Heil. für Russland und Polen. Einsiedeln. 1842. p. 10.

nostrum, Ven. fratres, vobis aperimus, zelum sollicitudinemque vestram magis magisque, quantum in Domino possumus, excitantes, quatenus omni vi et studio veram praeteritorum malorum causam e grege vestro arceatis. In hoc nimirum sedulam curam diligentiamquo omnem impendere debetis, ac maximopere vigilare, ne dolosi homines ac novitatum propagatores erroneas doctrinas falsaque dogmata in grege vestro disseminare pergant, publicumque bonum, uti solent, praetexentes, aliorum credulitate, qui simpliciores et minus cauti sunt, abutantur, adeo ut eos praeter ipsorum intentionem in Regni pace turbanda, societatisque ordine evertendo veluti coecos ministros fautoresque habeant. Profecto horum pseudodoctorum fraus ad Christifidelium utilitatem et instructionem perspicuo sermone est detegenda; cogitatuum vero eorumdem fallacia decretoriis et inconcussis divinae scripturae oraculis, nec non sacrae ac venerabilis Ecclesiae traditionis certissimis monumentis forti animo ubique refellenda. Ex hisce fontibus purissimis (ex quibus Catholicus Clerus instituendae vitae suae rationem documentaque populo in concionibus tradenda haurire debet) apertissime edocemur, obedientiam, quam praestare homines tenentur a Deo constitutis potestatibus, absolutum praeceptum esse, cui nemo, praeterquam si forte contingat aliquid imperari, quod Dei et Ecclesiae legibus adversetur, contraire potest. Omnis anima, inquit Apostolus, potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; ideo necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. (Ep. ad Rom.) Similiter S. Petrus Ep. 1. universos docet fideles omni humanae creaturae subditos esse propter Deum, sive Regi quasi praecellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis, quia (ait) sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quae monita sancte servantes antiquos Christianos, etiam saevientibus persecutionibus de ipsis Romanis Imperatoribus, deque Imperii incolumitate bene meruisse constat. Milites Christiani, ait S. Augustinus, servierunt Im-

peratori infideli; ubi inveniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum, qui in coelis erat; distinguebant Dominum aeternum a Domino temporali. Hanc doctrinam, ut nostis, Ven. fratres, SS. Patres constantissime tradiderunt; hanc semper docuit ac docet Catholica Ecclesia; hac denique primi Christifideles informati talem vivendi agendique rationem inierunt, ut licet pusillanimitatis infidelitatisque crimen paganorum exercitus infecerit, sed Christianorum legiones numquam. Ad rem Tertullianus: „Circa Majestatem, inquit, Imperatoris infamamur, tamen numquam Albiniani, nec Nigriani, vel Cassiani inveniri potuerant Christiani. Sed iidem ipsi, qui per genios eorum in pridie usque iuraverant, qui pro salute eorum hostias et fecerant et voverant, qui christianos saepe damnaverant, hostes eorum sunt reperti, Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris; quem scimus a Deo suo constitui, necesse est ut et ipsum diligat, et revereatur, et honoret, et salvum velit."

Haec dum vobis, Ven. fratres, communicamus, sic a nobis dicta volumus, non quasi illa comperta non habeatis, aut quasi nos timeamus, ne satis ardenti zelo in propugnanda disseminandaque sanioris doctrinae praecepta circa obedientiam, quam subditi legitimo Principi suo exhibere tenentur, incumbatis; sed eo talia diximus, quo facilius intelligatis, quinam sit animus noster erga vos, et quomodo cupiamus omnes istius Regni Ecclesiasticos viros doctrinae puritate, prudentiae splendore, vitaeque sanctimonia ita elucescere, ut omnium oculis et iudicio irreprehensibiles appareant. Hoc modo omnia, uti speramus, e votis feliciterque procedent. Fortissimus Imperator vester benignum se erga vos geret; officia nostra, quae certe interponere non omittemus, postulationesque vestras e bono Cath. Religionis, quam Regnum istud profitetur, cuique patrocinium suum nullo unquam tempore negaturum promisit, aequo semper animo excipiet. Sapientes, qui vere tales sunt, promeritis vos laudibus prosequentur, et qui ex adverso sunt, verebuntur, nihil habentes mali dicere de vobis. Interim levantes in coelum manus nostras Deum pro vobis deprecamur, ut unumquemque vestrum coelestium virtutum copia

in dies magis ditet et repleat. Vosque semper in corde habentes hortamur, ut impleatis gandium nostrum, idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimiter idipsum sentientes; loquimini omnes quae decent sanam doctrinam, verbum sanum, irreprehensibile, depositum custodite, state in uno spiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii. — Datum Romae die 9. Junii 1832.

338.

Allocutio Summi Pontificis ad Cardinales d. 30. Sept. 1833. In qua Gubernii Ulyssiponensis in Portugallia decreta in praeiudicium Potestatis Ecclesiasticae edita reprobat, irritaque declarat. *)

Grave admodum ac molestum nobis est tristia vobis ex hoc loco nunciare: sed ea tamen angimur doloris acerbitate, ut non possimus, quin eum vobiscum in partem vocatis procurationis nostrae hodierno die communicemus, ac sensus animi nostri aperientes aliquid inde levaminis quaeramus. Res est minime obscura, quam querimur, imo publicis pervulgata literis non sine horrore atque indignatione bonorum omnium. Intelligitis iam, Ven. fratres, loqui nos de iis, quae plena impietatis, et audaciae, eoque spectantia, ut sanctissima quaeque subvertantur in Ecclesia, per Gubernium mense Julio huius anni exeunte Olyssipone constitutum perpetrata sunt, ac de gravissimis, quibus Religio affligitur, malis in Regno illo Catholicae Fidei, Sanctaeque huic Sedi, ac decessoribus nostris Romanis Pontificibus hactenus in exemplum dedito ac devoto, quodque antea semper Regibus Fidelissimorum titulo insignibus parere iure meritoque sibi gloriosum duxit. Dissimulare quidem non possumus, adduci nos initio nequivisse, ut ea crederemus, quae de ausis huiusmodi rumore ac fama afferebantur. Sed inopinato illius in Italiam adventu, qui personam nostram eodem illo in Regno gerebat munere fungens Pronuntii Apo-

*) Der Katholik, eine religiöse Zeitschrift. 1833. Decbr. Beil. p. 45.

stolici, certissimisque multorum testimoniis brevi factum est, ut nimium vera esse nobis persvaderemus, quae fuerant ante nunciata. Est igitur iam ut dolendum maximopere, ita minime dubitandum, illico iniustum a supradicto Gubernio initum fuisse consilium eius eiiciendi, qui nostras illic ac Sedis Apostolicae partes agebat, indicto eidem etiam, ut ex Lusitaniae finibus brevissimo tempore excederet. Tanta autem illata Sanctae huic Sedi ac nobis iniuria, ad alia deinde progressa est scelestorum hominum audacia contra Catholicam Ecclesiam, contra bona ecclesiastica, contra inviolabilia Sanctae eiusdem Sedis iura, quae quidem omnia primo pene aditu et quasi ex condicta conspiratione suscepta cogitantes horremus animo, ac lacrymas cohibere non possumus. Publicis enim apertis custodiis, factaque ibi detentis abeundi potestate, illuc eorum loco nonnulli conlecti sunt etiam ex illis, de quibus scriptum est: nolite tangere Christos meos. Temere a laicis in sacra sibi arrogata potestate, generalis indicta est Cleri secularis, atque utriusque sexus Regularium reformatio. Hinc lege sublatum fori privilegium; hinc qua sanctimoniales eiectae qua religiosorum familiae; hinc tyrones cuiuscunque instituti abire iussi, novosque vetitum admitti; hinc omnes aboliti ecclesiastici iurispatronatus, unique Gubernio ius reservatum ad beneficia atque officia ecclesiastica praesentandi; lege item cautum est, ne quis in posterum ad sacros ordines promoveatur; rebelles ac proditores publice iudicati poenisque addicti, quibus eius generis crimina plectuntur, tum Ordinarii locorum ac Regulares utriusque sexus, qui novae reformationis praescripto non obtemperaverint, quo coenobia eorumdem Ordinariorum iurisdictioni subiiciuntur, tum viri ecclesiastici utriusque Cleri omnes, quicunque studio prioris Gubernii ab Sede beneficiorum suorum aut a coenobiis vel hospitiis suis discesserint, addito etiam decreto, ut quodvis coenobium supprimatur, ubi recepti illi fuerint, utque in Praelatos, a quibus fuerint in Ecclesias admissi, tamquam criminis eiusdem socios inquiratur; bona Ecclesiae quibusdam in causis Nationi adiudicata. Quid multa? Illa etiam ad haec accesserunt sane teterrima, planeque professioni

Catholicae adversa, quod vacantes declarati sunt Episcopatus omnes et Archiepiscopatus a nobis ad nominationem collati tunc vigentis Gubernii; ac generatim imperatum, ut qui sic beneficio aliquo aucti fuerint, aut ad quodvis munus ecclesiasticum admoti, ab eorum tituli usu prorsus abstineant, omnique ad ea iure priventur; si secus fecerint, tamquam rebelles habeantur, atque tractentur. Praeterea ne quid contra Ecclesiae et huius S. Sedis auctoritatem inausum relinqueretur, sublatum est sacrum Apost. Nuntiaturae Tribunal, causis, de quibus ab eo iudicium antea exercebatur, laico tribunali attributis. Haec quidem omnia, quibus, ut probe intelligitis, Ecclesiae leges sanctissimae contemnuntur, divina eius conculcatur potestas, iura invaduntur ipsius propria unius, eoque ordo subvertitur et constitutio, qua Deo ipso auctore fundata est: haec omnia quanto sint rei Catholicae detrimento, dici vix potest. Sed tamen illud nos praecipue dolentes facit, habetque sollicitos, quod facta illa atque consilia eo apertissime referantur, ut omne dissolvatur vinculum consociationis cum hac veneranda b. Petri Cathedra, in qua centrum catholicae unitatis fuit a Christo Iesu constitutum, atque ita communionis societate disrupta, schismatis funestissimi vulnus infligatur Ecclesiae. Quo enim pacto corporis subsistat unitas, in quo membra unita non sint capiti, eique non obtemperent? quomodo autem intelligi potest unio illa atque obtemperatio, ubi, ut cetera praetermittamus, Episcopi reiiciantur ab eo legitime instituti, ad quem, cum unus primatum iurisdictionis ac plenitudinem potestatis divino iure obtineat in Ecclesia, pertinet viduis Ecclesiis proprios singulis assignare Pastores? Neque vero illud est praetereundum, tam gravia illa facinora eo nobis accidisse acerbiora, quo minus, ut ita nobiscum ageretur, si ratio perspiciatur, qua in politicis rerum Lusitanarum perturbationibus eramus usi, videbatur exspectandum. Sedulo enim, ut probe nostis, curavimus, ut ea omnia caveremus, quae vel odium in nos ipsos, et in hanc S. Sedem excitare possent, vel umbram afferre aliquam suspicionis. Nam ex una parte pro universali Apostolatu nostro ac totius Christiani gregis cura nobis a Pastorum Principe

commissa sacro, quo munimur, iure ex praecipuo officii nostri munere uti omnino cogebamur, quo spirituali Religionis bono consultum esset; iuris autem ipsius eiusque officii nostri divina cum ratio sit et origo, nullis ea poterant neque conditionibus temporum neque rerum publicarum varietatibus turbari, quin imo nos miseros! si ratione quapiam seculi prudentiae adducti Ecclesiae, Religionis, salutis animarum causam deseruissemus; ex altera vero parte in talibus Regni illius vicibus, cum tanta de summo Principatu ferveret contentio, nostrum esse duximus nihil agere, quo imminuta per nos cuiusquam iura viderentur. Itaque in curam incubuimus Constitutionis edendae, cuius initium: *Sollicitudo Ecclesiarum*, in qua et auctoritate et factis allatis Pontificum decessorum nostrorum, tum antiquiorum insistentes vestigiis, tum eius, qui nos recentiori memoria praecessit, apertissimis verbis, quaeque alienam omnem excluderent interpretationem, declaravimus, mentem esse nostram, nihil cuiusquam iuribus addere ponderis, vel detrahere, sed quod omni tempore pro officio Apostolico omnino debemus, ea tantum quaerere, quae sunt Christi. Quam etiam ob causam, cum quae indicavimus facinora, aegerrime tulerimus, nosque ac Sedem Ap. iure existimaremus iniuriosissime tractatos: nihil distulimus, quin iuberemus de expulso Olyssipone Pronuntio nostro Legatos et Ministros exterarum Dominationum apud nos residentes scripto, ut moris est, doceri, ut ea de re Dominos quisque suos facerent certiores, quo etiam ad veri normam exigerentur, quaecunque non recte fuissent per ephemerides narrata; haec autem omnia solemni more ac testificatione in Coetu vestro proferenda in hunc diem reservamus. Itaque, Ven. fratres, sanctissime profitemur, nos decreta omnia summopere reprobare, quae a supradicto Olyssiponis Gubernio cum tanto Ecclesiae, ss. Ministrorum, Ecclesiastici, ac S. huius Sedis praerogativarum detrimento prolata sunt, eaque irrita prorsus ac nulla declaramus, atque ausa illa, quae indicavimus, gravissime expostulantes, edicimus, nos, ut nostri est numeris, paratos esse adjuvante Domino tamquam murum nos opponere pro domo Israel, ac stare in proelio in die Domini, prout

Religionis bonum, et rerum gravitas requirat. Ceterum causam hanc, quae Dei ipsius est, Deo ipsi totam commisimus. Eius freti praesenti auxilio, qui satius ducit bona ex malis faciendo sapientiam omnipotentiamque suam ostendere, quam nulla esse mala permittere, firmissima in spe sumus, eum ad meliora consilia illorum mentes esse revocaturum, quorum opera Ecclesia tantis oppressa aerumnis ingemiscit; quo fiat, ut durissima paterno animo nostro necessitas armis spiritualibus apostolico ministerio divinitus adiunctis utendi avertatur. Ratam dignetur annuere spem nostram idem Deus luminum, Pater et misericordiarum! vosque ven. fratres, nobiscum adite cum fiducia ad thronum gratiae, ut quod impense precati sumus, nec precari desistimus, misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

339.

Breve Gregorii XVI. PP. ad Eppos Sup. Rhenanae Provinciae in obiecto calamitatum Ecclesiae e Constitutione pragmatica civili impendentium dd. 4. Octobr. 1833. *)

Quo graviora ex nefariis adversariorum machinationibus Catholicae Ecclesiae imminent mala, eo alacriorem in iis propulsandis operam impendere debent Romani Pontifices: quibus in B. Petri Cathedra constitutis suprema eiusdem Ecclesiae pascendae, regendae, et gubernandae potestas divinitus est demandata. Id sane intelligens fel. record. Pius VIII. Praedecessor Noster vix summo cum moerore novit, multa in istis Ecclesiasticae Provinciae Rhenanae regionibus contra ipsius Ecclesiae doctrinam, divininamque auctoritatem, et constitutionem audacter, neque irrito conatu fuisse tentata, Literis ad vos datis anno 1830. mense Junio exeunte Pastoralem Vestram sollicitudinem, siquidem opus esset, excitavit ad iura Ecclesiae omni studio asserenda, sanamque doctrinam tuendam, ita ut minime dubitaretis iis, apud quos agere necesse foret, ostendere, quam rationi et iustitiae adversarentur, quae vel suscepta iam fuerant, vel

*) Der Katholik, eine rel. Zeitschr. 1843. August. p. 131.

in eo erat, ut susciperentur perniciosa in Ecclesiam consilia, eaque illico revocanda omni ope et industria curaretis. De istarum autem Ecclesiarum conditione ex ingenti rerum novarum scandalo summopere sollicitus, responsum a Vobis quam citissimum exegit, sive illud votis suis consentaneum, ut consolaretur dolorem suum, sive, quod non suspicabatur, adversum, ut ea capere consilia posset, quae Apostolici officii munus exquireret. Hac porro tanti Pontificis in tam gravi re adhortationes svasionesque ita Vos, Ven. Fratres, incitare atque inflammare debuissent, quemadmodum eos omnino decebat, quos utpote in partem procurationis Ecclesiae advocatos acriter ad eam defendendam oportet vigilare. At quod laudatus Decessor Noster nec excogitasset unquam, quodque Eum, si sospes fuisset, procul dubio vehementissime perturbasset, id Nobis, qui paulo post superius commemorata in eius locum meritis longe imparibus suffecti fuimus, dolendum reservatum. Inviti ac pene repugnantes dicimus, sed tamen non possumus quin dicamus, rem adeo contra huius S. Sedis votum cessisse, ut ea, quaecumque fuerint Vestra pro catholicae Religionis incolumitate apud istos Principes studia, quemque illorum exitum nacti fueritis, plerumque ignoret, ac lapsis licet tribus annis accuratiores saltem, quas immortalis memoriae Pius VIII. tantopere Vobis commendavit, relationes adhuc praestoletur. Nec vero Vos vestro muneri haud defuisse ex eo possumus coniicere, quod vulneribus Catholicae Ecclesiae istic inflictis aliquod ab eo tempore allatum fuerit salutare remedium: cum e contrario inde Nobis acerbioris suppetat doloris occasio. Non modo enim quae in perniciem Ecclesiae adversus initas inter Sanctam hanc Sedem et Foederatos Principes Conventiones iamdiu sancita fuerunt, vigent plenissime, ipsaque Ecclesia libertate, qua Christus eam donavit, violenter spoliata indignae servituti subiicitur; verum etiam novis ex causis deteriorem undequaque evasisse eius in istis regionibus conditionem, Nos non latet, Vosque Ven. Fratres vestris oculis intuemini. Ex ipso Clericorum coetu surrexerunt viri loquentes perversa, qui somniatam illam, quam vocant, regenerationem et restaurationem Novatorum more impudentissime conclamantes, huic

Apostolicae Sedi temere succensentes, in id etiam tendunt, ut abducant discipulos post se, incautosque decipiant. Idcirco in quamdam veluti societatem coaluerunt, et Conventus agere, consultationes habere, deque Ecclesia Catholica pro temporum ratione, ut ipsi aiunt, reformanda pertractare haudquaquam dubitant.

— — — Ceterum quibus ex tanta, in qua Catholica Religio versatur, temporum acerbitate cor Nostrum prematur angustiis, satis Vobis coniicere licet. Intemeratam Sponsam immaculati Agni Christi Jesu externorum internorumque hostium impetu divexatam ingemiscimus, et malis, quibus ipsa in probrosam isthic redacta captivitatem iamdiu opprimebatur, ea accessisse, quae a filiis turpiter ab amantissimae Matris sinu errantibus atque in eam falsa loquentibus patitur, iugibus lacrimis deploramus. Absit tamen, ut animo concidamus; absit, ut in tam gravi rei catholicae necessitate apostolicam vocem contineamus; absit, ut fortitudinem, iudicium, virtutem Spiritus Domini exuentes et tamquam canes muti non valentes latrare, Dominicum gregem in rapinam, et oves Christi in devorationem omnium bestiarum agri fieri sinamus. Itaque illud Vobis V. F. persuasum esse volumus, ita Nos animo esse comparatos, ut nihil, quod Nostrum erit, intentatum simus relicturi, donec Catholica Ecclesia pristinae, quae ad divinam ipsius constitutionem omnino pertinet, libertati restituatur et os obstruatur loquentium iniqua. Verum non possumus, quin Vestram V. F. cum zelo religionis constantiam et virtutem excitemus, atque ut in communione Spiritus, Dei et Ecclesiae causam agatis, vehementissime cohortemur. Ad Vos enim, qui in partem sollicitudinis, cuius plenitudo Nobis commissa fuit, adsciti estis, maxime pertinet, sanctissimum fidei sacraeque doctrinae depositum custodire, profanam omnem novitatem longe ab Ecclesia propulsare, atque adversus eos toto animo eniti, qui iura S. huius Sedis conantur infringere. Exerite igitur gladium Spiritus, quod est verbum Dei, praedicate, ut in persona Timothei discipuli sui tantopere vobis inculcat Apostolus Paulus, instate opportune, importune, arguite, obsecrate, increpate in omni patientia et doctrina. Neque

Vos quidquam deterreat, quominus pro Dei gloria, pro Ecclesiae tutela, pro animarum curae vestrae commissarum salute ad omnes Vosmetipsos dimicationes obiiciatis. Recogitate Eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus Semetipsum contradictionem. Quodsi nequissimorum timeatis audaciam, actum iam est de Episcopatus vigore, et de Ecclesiae gubernandae sublimi ac divina potestate. Ne plura; illud unice superest, ut Vos gravissima officii Vestri munera, durissimumque iudicium, quod omnibus quidem, qui praesunt, sed maxime speculatoribus Domus Israel imminet, paulisper ad pedes Domini meditando recolatis. Tali enim exinde Religionis Catholicae pro viribus iuvandae, eiusque ab impiis hostium insidiis protuendae zelo incendendos Vos fore confidimus, quo ad maiora etiam iis, quae scripsimus, praestanda adducamini. — Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die 4. Octobr. 1833.

340.

Nota Nuncii Apostolici in Helvetia ad Cantonem Sangallensem dd. 10. Nov. 1833. pro tuendo iure Sedis Apostolicae in erectione Sedis Eppalis Sangallensis, cui praetensa per Cantonem pro se iura derogare haud possint, cum Ecclesiae regendae potestas non Civili Regimini, sed Summo Pontifici in Primatu concessa sit. *)

Je unverletzlicher die Beobachtung der Traktate, je heiliger die Autorität des obersten Kirchenhauptes ist, um so befremdender musste es dem Endesunterschriebenen Apostolischen Nuntius vorkommen, als er das Dekret des kath. Gr. Raths von St. Gallen, datirt vom 28. Oct. erhielt. — Unter Anderem wird in diesem Decrete festgesetzt: „die bischöflichen Angelegenheiten im benannten Kantone sollen wieder aufs Neue organisirt werden, ohne Rücksicht zu nehmen auf die Bulle vom 2. Juli 1823, die als nicht mehr bestehend angesehen werden soll; das Domkapitel sei nur als provisorisch anerkannt; das nämliche Kapitel soll zu keiner

*) Schweizerische Kirchenzeitung. Luzern. 1833. p. 781.

neuen Bischofswahl schreiten, indem eine diesem Beschlusse entgegengesetzte Wahl nicht anerkannt würde." Der Unterzeichnete, der als Stellvertreter des heil. Stuhles insbesondere mit der Aufrechthaltung und Vollziehung der mit demselben h. Stuhle abgeschlossenen Traktate beauftragt ist, würde seine heiligste Pflicht verrathen, wenn er sehend, wie man auf einmal solche Traktate zernichte, sich nicht feierlich gegen das obengenannte Decret verwahrte. Wohl weiss er, dass der kath. Grosse Rath sich irren konnte, indem er vielleicht nicht über alle Umstände und Einzelnheiten, und über den ganzen Bestand des Traktats sattsam berichtet war, was bei einem Untersuch von wenigen Stunden leicht der Fall seyn kann; aber er hat auch für den treuen, redlichen und religiösen Sinn dieser Versammlung so viele Achtung, dass er bei sich das Vertrauen hegt, Derselbe werde nach Erkenntniss des wahren Verhalts der Sache von der getroffenen Massnahme abstehen, und den gefassten Beschluss zurücknehmen. — — Man sagt, die Bulle habe die Sanction des Staates nicht erhalten; allein wenn man die Untersuchung auf den in Rede stehenden Fall beschränken will, so reflektire man blos auf die Natur des vom Papste erlassenen Akts. Der ganze päpstliche Akt besteht blos allein darin, dass er über ein schon gemachtes Verkommniss die höchste kirchliche Sanction ausspricht, kraft welcher die vom Staate schon genehmigten Punkte durch die kanonische Ratification zur Ausführung gebracht wurden. Jedes Verkommniss, damit es gültig sei, muss die Gewährleistung derjenigen haben, die es errichtet hatten; aber wer wird behaupten wollen, Ratificationen bedürfen noch einer neuen Sanction? Wollte man aber gegen alles Recht noch eine solche Sanction geltend machen, so lässt sich die Unhaltbarkeit der von dem kath. Rathe aufgestellten Behauptung augenscheinlich beweisen. Was für eine feierlichere Sanction könnte gefordert werden, als jene faktische, wo der betreffende Staat neun ganze Jahre hindurch die Vorschriften der Bulle, und folglich die Bulle selbst, anerkannt hat? — — Es ist offenbar, dass zwischen dem heil. Stuhle und der Regierung von St. Gallen ein gegensei-

tiges Verkommniss und ein Traktat bestehe, sowohl zur Errichtung als zur Existenz dieser Diöcese. Dieser Vertrag, der seiner Natur nach beide Theile bindet, kann nicht anders aufgelöst werden, als mit Einwilligung beider Theile. Diese Begriffe, von der Natur selbst eingegeben, sind wie die Basis der Rechte zwischen einzelnen Menschen, eben so der Grund der Rechte zwischen ganzen Völkern. Wenn man diese Grundsätze vernichten will, so wird die Treue in Haltung beschworner Versprechen, alle Redlichkeit und alles Ehrgefühl hinfür nichts als leere Worte sein, alles muss dem Rechte des stärkern weichen, und die Gesellschaft wird zur Horde von Wilden und zum Aufenthalt der Thiere werden.

Bisher betrachtete der Unterzeichnete die päpstliche Bulle blos als die Sanction eines gegenseitig eingegangenen Vertrages, und bewies, dass der Entscheid des kath. Grossen Raths gegen alle unverletzlichen Grundlagen des gesellschaftlichen Rechtes sich verstosse; allein besagter Entscheid ist noch weit mehr der unveränderlichen göttlichen Grundlage der Kirchenverfassung entgegen; er zerstört die von Christus eingesetzte Ordnung, wenn wir die päpstliche Bulle als einen Akt der dem Primat zustehenden und von göttlicher Einrichtung ihm verliehenen Jurisdiction betrachten. Es ist in der kath. Kirche ein entschiedenes Dogma, welches der allg. Kirchenrath von Florenz nach ältern allgemeinen Concilien und heil. Canonen aussprach: Der römische Papst besitze den Primat über die ganze Welt; er sei der Nachfolger des h. Petrus, der wahre Statthalter Christi, das Haupt der ganzen Kirche, der Vater und Lehrer aller Christen; ihm sei in der Person des Petrus von unserm Herrn Jesus Christus die ganze Machtvollkommenheit verliehen worden, die allgemeine Kirche zu weiden, zu regieren und zu leiten. In Kraft dieses Primats besteht die Einheit der Kirche, die Einheit des Glaubens, die Einheit der Kirchenregierung. In Kraft des Primats liegt auf dem römischen Papst die Sorge für die ganze Heerde Christi; ihm steht es zu, jene Mittel zu wählen, die er für die Bedürfnisse der Gläubigen geeignet findet; und in Ansehung

des Primats sprach der heil. Bernard in seinem 131. Briefe: Der römische Papst kann, wenn er es für vortheilhaft erachtet, Bisthümer errichten, wo keine noch sind; er kann sie aufheben oder beschränken, wo sie sind; er kann einige zu einem höhern Grade erheben, wenn er es für vernünftig und nützlich hält; ihm steht es zu, Bischöfe zu Erzbischöfen zu machen, und das Gegentheil, wenn es nothwendig ist, zu thun. Das ganze Alterthum liefert uns hierüber unbezweifelte Belege in Menge. — — [Obschon dem höchsten Kirchenhaupte diese Macht unabhängig von jeder weltlichen Gewalt zusteht, indem der Primat unabhängig von der weltlichen Macht errichtet wurde: würdigen die römischen Päpste nichtsdestoweniger immer die Wünsche und die Gründe, die ihnen von den Regierungen vorgelegt werden, sowohl in Errichtung von neuen Diöcesen als in neuer Begränzung der wirklich bestehenden. Sie zeigen jederzeit alle Willfährigkeit, zugleich ihrer h. Pflicht und, soweit möglich, den Wünschen, die ihnen von den Regierungen eröffnet werden, zu entsprechen. Auf diese Weise sind in der neuesten Zeit viele Diöcesen errichtet worden in Italien, Frankreich, in den Niederlanden, in Preussen, Baiern, in andern Staaten von Deutschland, und endlich einige selbst in der Schweiz, indem der heil. Stuhl mit den respectiven Regierungen Verträge schloss, von deren Natur wir oben gesprochen haben.

Wenn aber der heil. Stuhl jederzeit, soviel es der Vortheil der Religion und der Gläubigen erforderte, den Wünschen der verschiedenen Regierungen zur Einrichtung der Diöcesen entgegenkam: kann und darf er nicht zugeben, dass diese aus eigener Autorität selbe errichten oder aufheben. Nicht den Regierungen steht es zu, die Kirche zu leiten; nicht ihnen hat Christus die Schlüssel des Himmelreichs übergeben; nicht ihnen ist die Gewalt zu lösen und zu binden anvertraut, und zu keiner von ihnen hat er gesagt: weide meine Lämmer, weide meine Schafe. Nicht nur haben die Regenten (die Macht, die sie bekleiden, mag so gross sein, als sie will) kein Recht und keine Autorität über die Kirche; im Gegentheil sind sie in Allem, was die

geistliche Leitung der Gläubigen und die Vorschriften der Religion betrifft, selbst Unterthanen der Kirche. Der heil. Ambrosius sagte dem Auxentius: nichts ist ehrenvoller, als dass ein Kaiser ein Sohn der Kirche genannt werde, denn er ist in der Kirche, aber nicht über der Kirche. Und Osius von Corduba schrieb jene gewichtigen Worte an den Kaiser Constantius: mische dich nicht in geistliche Dinge, dass du darin befehlen wolltest; diese lerne von uns; dir hat Gott das Reich gegeben, uns hat er die Sache der Kirche anvertraut; wie der, so deine Macht angreift, gegen den Befehl Gottes handelt, so gib auch du Acht, dass du dir die Rechte der Kirche nicht anmassest, und dadurch eine grosse Schuld auf dich ladest; gebet dem Kaiser, was des Kaisers ist, und Gott, was Gottes ist. Der Unterzeichnete, um nicht in dieser seiner Note zu weitläufig zu werden, enthält sich, noch andere Belege aus dem ehrwürdigen Alterthume anzuführen, wo die wichtigen Protestationen der heil. Väter, der Concilien und römischen Päpste gegen jene Fürsten angeführt sind, die sich beigehen liessen, sich in die Behandlung geistlicher Dinge zu mischen; und er enthält sich dessen um so lieber, da er das Glück hat, an eine kathol. Behörde zu schreiben, und die Sache, um die es sich handelt, so klar ist, dass es selbst unter protestantischen Autoren solche gab, die die Wahrheit dessen erkannten. „Die Magistraten (schreiben die Magdeburger) sind wohl Glieder der Kirche, aber sie sollen nicht Häupter davon sein, sie sollen für die Frömmigkeit eifern, aber kirchliche Machthaber sollen sie nicht sein, ihnen steht ein solcher Primat nicht zu.“ Eben so spricht sich der berühmte Grotius aus: „Die Fürsten als Kinder der Kirche sollen gegen ihre Mutter keine Gewalt brauchen; sie sollen die Canones vertheidigen, aber nicht selbe verletzen.“

Man wird vielleicht sagen: den Regierungen liege ob, für die Beförderung der geistlichen Bedürfnisse der Gläubigen zu sorgen, und daher seien sie ermächtiget, wie es der Gr. Rath von St. Gallen zu behaupten scheint, eine Diöcese aufzuheben, sobald man finde, dass ihr Vortheil auf eine andere Art besser befördert werden könne. Allein

der Unterzeichnete erwiedert: die Sorge für das Wohl der Gläubigen liege allererst und wesentlich auf dem Haupte der Kirche. Die Regierungen sind nicht Richter über das, was zum Nutzen der Religion und der Gläubigen vortheilhafter sei; denn nicht ihnen ist die Pflicht auferlegt, die Hinterlage des Glaubens rein zu erhalten; nicht ihnen ist es anbefohlen, über die Beobachtung der Disciplin zu wachen, und nicht ihnen ist zu diesem Zwecke der Beistand des heil. Geistes versprochen. Wenn man in der Regierung der Kirche und selbst im Gebiete des Glaubens einen solchen ordnungswidrigen und Alles verkehrenden Grundsatz zulassen könnte: so dürfte man als Richter in solchen Dingen weder die protestantischen noch die schismatischen Regierungen ausschliessen, ja selbst nicht jene Regierung, die aus Mahometanern, Deisten, und Atheisten bestände. Wäre es nun wohl von solchen Regierungen zu erwarten, dass sie die wahren Interessen der kath. Kirche kennten? dürfte man von ihnen erwarten, dass sie dieselben mit aufrichtiger Gesinnung befördern würden? oder müsste man nicht mit gutem Grunde fürchten, dass sie von falschen Religionsgrundsätzen, oder, was noch ärger wäre, von gänzlichem Unglauben beherrscht, unter dem schönen Vorwande, die Religion zu befördern, sie vielmehr nach ihren Begriffen umzuändern und sie gänzlich zu zerstören suchten? Oder wird man vielleicht vorgeben, das Interesse der Religion zu begünstigen, während man den Grund der kirchlichen Einrichtungen sprengt, sich selbst mit dem Oberhaupte der Kirche in Widerspruch setzt, alle von demselben erlassenen Vorschriften mit Füssen tritt, und auf diese Weise die von Christus festgesetzte Ordnung vom Grunde aus zernichtet? Es ist Ihnen, hochg. Herren, wohl bekannt, wie die erste Pflicht der Beherrscher der Völker diese sei, dass sie die Constitution der Kirche ehren, die eben so unveränderlich wie ihr göttlicher Stifter, sich nicht nach den falschen Theorieen derjenigen umändern lässt, die sie als ein blos menschliches Institut betrachten wollen. Es liegt ihnen die Pflicht ob, die Kirche und die Autorität desjenigen zu schirmen, der sie regiert. Von ihnen gilt, was der berühmte Fenelon sagt: Sie sollen für die Bewah-

rung des Heiligthums wachen, aber in dasselbe keinen Fuss hineinsetzen; wollen sie begeistert von wahrem Eifer das Wohl des kath. Volkes bewirken, so müssen sie ihre Wünsche demjenigen vortragen, dem Christus die höchste Gewalt, die Kirche zu regieren, übergeben hat; aber sie sollen sich wohl hüten, sich eine Gewalt anzumassen, die ihnen nicht zusteht. Was lässt sich nach Allem diesem von dem kath. Gr. Rathe sagen, der glaubt, er könne durch ein Decret die Diöcese von St. Gallen unterdrücken? Der Unterzeichnete beschränkt sich, die Ansichten der französischen Bischöfe anzuführen, die sie ehedem in der Nationalversammlnng zu Paris geäussert haben, da diese ohne Dazwischenkunft der päpstlichen Macht aus blosser Willkührlichkeit sich unterfing, ihre Diöcesen zu theilen, zu unterdrücken, und zu verändern: „Ihr masset euch an, sagten sie, durch euere Decrete 58 Erz- und Bisthümer aufzuheben — — sollten wir vielleicht das Volk glauben lassen, dass wir es in euerm Namen und in eurer Autorität zum Heile führen? allein unsere heil. Bücher legen uns die Pflicht auf, dem Volke zu sagen: niemand könne selig werden, als im Namen Jesu Christi, und durch die Autorität, die Christus der Kirche verliehen hat. Sollten wir vielleicht über diese grosse Wahrheit, die den Grund des Heiles und unsers heiligen Dienstes ausmacht, einen Schleier werfen? allein dadurch würden wir das Volk anstatt zum Heile vielmehr in das Verderben führen; wir würden ihm den Irrthum und die Lüge einflössen. Sehet also und überleget selber, ob es besser sei, unsern Glauben zu verheimlichen und das Volk mit euern Decreten in das Verderben zu stürzen; oder selbes durch die Predigt des Evangeliums zu retten, und sich um euere Decrete nichts zu bekümmern?" Die Civil-Constitution des Klerus, die diese Abänderungen sanctionirte, hat der unsterbliche Pius VI. in seinem Breve vom 10. März 1790 verdammt, und als ein Chaos von schismatischen und ketzerischen Irrthümern gebrandmarkt. Der Unterzeichnete überlässt es dem eigenen Nachdenken, was vom benannten Decret des kath. Gr. Rathes zu halten sei.

Unter den Beweggründen, womit man dieses Decret bemänteln will, wird auch die Protestation angeführt, welche die Regierung von Graubündten damals gegen die Vereinigung dieser Diöcese mit jener von Chur eingelegt hatte. Allein es muss wohl bemerkt werden, dass die Protestation eines Dritten niemals eine Verbindung auflösen kann, welche zu halten man einen beiderseitigen Kontrakt geschlossen hat; vielweniger noch kann dadurch hintennach ein Akt zernichtet werden, der von der gesetzmässigen Autorität ausgegangen ist, die das vollkommene Recht hat, gerade so zu handeln, wie sie gehandelt hat. Nun hat, wie schon bewiesen ist, der Papst dieses Recht, indem es ein Recht ist, das aus dem Primate fliesst, den ihm Christus selbst verliehen hat. Allein wenn es sich auch um Hindernisse handelte, welche ein Theil faktisch aufwerfen würde, so ist es dennoch aus dem oben Bewiesenen klar, dass der kath. Gr. Rath sich niemals ein Recht anmassen konnte, das ihm nicht zusteht; denn das Recht, eine Diöcese zu unterdrücken, ist ihm von Christus nicht ertheilt worden. Noch eine einzige Bemerkung will der Unterschriebene über das Decret des Gr. Rathes hinzusetzen. Und diese besteht darin, dass zur nämlichen Zeit, wo man behaupten will, die Bulle soll als nicht mehr bestehend betrachtet werden, man wirklich ihre Gültigkeit und Kraft anerkenne. Der kath. Gr. Rath anerkennt die Existenz des Domkapitels, und er anerkennt eben dadurch das Recht des Kapitels, einen Diöcesverweser zu ernennen. Nun ist entweder das Domkapitel kanonisch eingesetzt, und eben darum berechtiget, nach dem Tode des Bischofs für die von den Canones zugestandene Zeit die Diöcese zu administriren und zu diesem Ziele einen Kapitelsvicar zu erwählen; oder das Domkapitel hat keine kanonische Existenz, und in diesem Falle auch kein Recht, sich auf irgend eine Art darein zu mischen, oder eine Vorsorge zu treffen. Nun hat aber der kath. Gr. Rath besagtes Recht an dem Kapitel anerkannt, und durch eine natürliche Folge hat er auch die kanonische Existenz des Kapitels anerkannt. Allein stützt sich denn die kanonische Existenz des Kapitels auf einen andern Titel, als auf die

päpstliche Bulle? Gewiss nicht! Wenn demnach der Gr. Rath die kanonische Existenz des Kapitels anerkennt, so anerkennt er ja eben dadurch die Gültigkeit der Bulle. Umsonst würde man sagen, das Kapitel sei vom kath. Gr. Rathe nur als provisorisch anerkannt worden; denn gerade daraus lässt sich der Beweis herleiten, es habe der kath. Gr. Rath die Gültigkeit der päpstl. Bulle anerkannt. Fürwahr, wenn das Kapitel nur in Kraft des Decretes vom 28. v. M. für provisorisch ist erklärt worden: so folgt daraus offenbar, es sei dasselbe vor diesem Zeitpuncte als wahres, rechtskräftig errichtetes und bestehendes Kapitel anerkannt gewesen. Hieraus ergibt sich, dass die Kraft und Gültigkeit der päpstl. Bulle war anerkannt worden. Wenn der Unterzeichnete über dieses nachdenkt, so muss er mit wahrem Missbelieben bemerken, in welche Widersprüche derjenige verfallen müsse, der den Weg des Rechtes verlassen hat.

Wenn man Alles, was bisher abgehandelt wurde, im Kurzen wieder zusammenfasst, so erhellet, dass die päpstliche Bulle betrachtet werden müsse sowohl als die Sanction eines beiderseitigen Vertrages zwischen dem heil. Stuhle und der Regierung von St. Gallen, als auch als ein Jurisdictionsakt des Primats, den Christus dem römischen Papste verliehen hat, um die allgemeine Kirche zu regieren und in derselben die Einheit des Glaubens und der geistlichen Regierung zu erhalten. Daher muss das Decret des kath. Gr. Rathes in ersterer Hinsicht angesehen werden als ein Akt, der jedem Rechte entgegen ist und alle unverbrüchliche Treue und allen Glauben an die Versprechen und Verkommnisse zerstört; in zweiter Hinsicht aber kann dieses Decret für nichts anderes erkannt werden, als für einen Eingriff in die Constitution der Kirche und ihre Einheit, so wie in die Rechte des päpstlichen Primats. Mit diesen Bemerkungen wendet sich der Unterzeichnete an die Redlichkeit, das Ehrgefühl und den frommen Sinn der Herren und Mitglieder Ihres kath. Gr. Rathes. Derselbe, um seiner heil. Pflicht Genüge zu leisten, protestirt im Namen des heil. Stuhles feierlich gegen obbenanntes Decret vom

28. Oct. 1833, und erklärt es in sich selber und seinen Folgen als nichtig, nährt aber immer das feste Zutrauen, der Gr. Rath werde den unwillkührlichen Irrthum, in den er verfiel, einsehen, und sich angelegen seyn lassen, ihn allseitig wieder gut zu machen. — — Luzern, den 10. Nov. 1833. Der Apost. Nuntius bei der Schweiz. Eidgenossenschaft Ph. Erzbischof von Carthago.

341.

Epistola Encyclica Summi Pontificis ad Eppos Orbis Catholici dd. 7. Cal. Jul. 1834. qua doctrinam Ecclesiae de relatione ad Civitatem, adversus errores a Lamennelo in Gallia sparsos, in sensu prioris Encyclicae uberius exponit, et errores ei oppositos reprobat ac condemnat. *)

Gregorius XVI. Singulari nos affecerant gaudio illustria fidei, obedientiae ac religionis testimonia, quae de exceptis ubique alacriter encyclicis nostris literis datis die 15. Augusti a. 1832. perferebantur, quibus sanam, et quam sequi unice fas sit, doctrinam de propositis ibidem capitibus pro nostri officii munere Catholico gregi universo denunciavimus. Nostrum hoc gaudium auxerunt editae in eam rem declarationes a nonnullis ex iis, qui consilia illa, opinionumque commenta, de quibus querebamur, probaverant, et eorum fautores defensoresque incaute se gesserant. Agnoscebamus quidem nondum sublatum malum illud, quod adversus rem et sacram et civilem adhuc conflari, impudentissimi libelli in vulgus dispersi, et tenebricosae quaedam machinationes manifesto portendebant, quas idcirco missis mense Octobri ad Ven. fratrem Episcopum Rhedonensem literis, graviter improbavimus. **) At anxiis nobis maxi-

*) Der Katholik, eine rel. Zeitschrift. 1834. Septbr. p. 323.

**) Breve ad *Eppum Rhedonensem* sequentis erat tenoris: „Literas accepimus tuae in nos singularis observantiae testes, quibus epistolam misisti datam ad nos a dilecto filio Lamennaio. Hanc legimus animo sane percupido, iucunda spe illecti, illa ibidem nacturos nos esse lu-

meque ea de re sollicitis pergratum sane, ac iucundum extitit, illum ipsum, a quo praecipue id nobis moeroris inferebatur, missa ad nos declaratione die 11. Decembris anni

---

culentiora monumenta, quae ab ipso de sincera fide opericbamur, qua nostro iudicio plene absoluteque paruerit. Id quidem ipse satis iam se probasse autumabat primo illo actu, quo illico post acceptas encyclicas nostras literas ab sua Ephemeride edenda, atque a *Catholica*, quam nuncupabant, *Procuratione* cessatum prorsus fuisse, publice denunciavit. Hinc gravate admodum se ex nostra ad Ven. fratrem AEppum Tolosatium epistola accepisse scribit, metu adhuc nos affici ob ea, quae perferuntur in vulgus, quasi pristinis molitionibus instet ipse cum suis, animoque adversus nostra iudicia obfirmato amaritudinem nobis amarissimam inferre connitatur. Miramur profecto haec ipsum protulisse. Recte quippe ac merito commovebamur, deceptam conspicientes exspectationem, quam primus ille actus concitarat, quem praenuncium ducebamus declarationum, quibus Catholico orbi manifestum fieret, ipsum firme et graviter tenere, ac profiteri sanam illam doctrinam, quam nostris ad universos Ecclesiae Antistites literis proposuimus. Dum enim haec properabamus votis, evulgatae per Ephemerides advenerunt (Journal de la Hage, 22. Fevr. 1833. n. 16.) eiusdem Lamennaii literae, quae cum ipsum eadem plane ac antea principia (quae improbaturum illum esse confidebamus) fovere adhuc ac tueri commonstrent, susceptum moerorem nostrum necessario cumularunt. Id porro lamentantibus nobis, altera subito accessit ratio doloris, commentariolum de *Polonico peregrinatore* (le Pélerin polonais) plenum temeritatis ac malitiae, in quo haud ipsum latet; quidnam longo ac vehementi sermone praefatus fuerit alter ex praecipuis eius alumnis, quem anno superiore una cum eodem ipso benigne fueramus allocuti. Taedet vero alia idgenus plura percensere, quae ubique circumferuntur, nosque admonent collaborari etiam nunc ad priora con-

superioris diserte confirmasse, se doctrinam nostris encyclicis literis traditam unice et absolute sequi, nihilque ab illa alienum aut scripturum se esse aut probaturum. Dilata-

silia, institutaque confirmanda, quin aliquid a Lamennaio ipso scriptum editumque typis sit, quo certe evincatur, falso prorsus ac per calumniam tot tantaque de eodem propalam obtrudi. Ceterum id insuper grave admodum extitit nobis, quod cum idem Lammenneius agnoverit, nostrum esse de iis pronunciare, quae catholicae rei expediant, se deinceps *extraneum* fore iisdem ad nos literis asseruerit, ubi de Ecclesia deque religionis causa quaestio sit. Quo enim haec tendunt, Ven. frater, nisi ut se quidem supremam nostram auctoritatem revereri, iudicio autem hac in re nostro, doctrinisque per nos traditis nondum obsecutum fuisse patefaciat? Quae quidem omnia, ut alia multa praeteresmus, molestas nobis, universam, ad haec usque tempora, tristissimi huius negotii rationem perpendentibus, suspiciones iniecere, causasque ingeminarunt, quibus illa nos cura vehementer sollicitat. Verum fatemur cum gaudio: animos nunc addunt nobis, nutantesque in bonam nos spem erigunt, quae Lamenneius iisdem literis promittit et spondet, se scilicet paratum esse omnia illa libenter sancteque profiteri, quibus de filiali sua obedientia certissime convincamur. Flagitat idcirco, ut de verbis edoceatur, quibus propositum hoc suum possit apprime declarare. Cui quidem postulationi id unum rescribimus, ut scilicet doctrinam nostris encyclicis literis traditam, quibus certe non nova praecepta imperantur (dicimus cum Innocentio I. suo praedecessore nostro), sed ea, quae apostolica et Patrum traditione sunt constituta, se unice et absolute sequi confirmet, nihilque ab illa alienum se aut scripturum esse aut probaturum. Haec si testetur ipse, praestetque factis, plenum certe erit gaudium nostrum. Ita enim fore confidimus, ut ademtum tandem videamus a domo Israel lapidem offensionis, omnesque sapere unanimes secundum scientiam, quae

vimus illico viscera paternae caritatis ad filium, quem nostris monitis permotum luculentiora in dies documenta daturum fore confidere debueramus, quibus certius constaret, nostro ipsum iudicio et voce et re paruisse. *) Verum quod

---

ex Deo est, aliquando laetemur. Tuam igitur religionem, pietatem, fidem compellamus, Ven. frater, ut qua vales prudentia, doctrina, gratia, auctoritate, in tantum finem contendas, quo studia votaque haec nostra exitus nanciscantur secundissimos. Nostrae erga dilectum illum filium voluntatis interpretem te adsciscimus; affectu illum paterno complexuri hanc ab ipso consolationem omnium gratissimam praestolamur, ut Patris amantissimi vocem alacriter secutus, sit ipse ceteris etiam auctor ad ea duntaxat magno animo et forti credenda, quibus Catholica fides, sanctitas morum, et publici ordinis incolumitas serventur, augeanturque in dies felicius. Summe gloriosum sibi futurum meminerit viros imitari tum sanctitate, tum doctrina, tum dignitate praestantes, qui, si quidpiam a vero rectoque absonum aè protulisse agnoverunt, Petri Damiani monitum secuti ad Petri magisterium libenter corrigendi accesserunt, probe gnari, teste S. Leone M. Romanos Pontifices gratiam sibi paternae caritatis impensuros, dilectionemque non negare, ut manifestationem catholicae veritatis exspectent. Humili interim assiduaque prece a Patre luminum postulamus, patrocinio Virginis sanctissimae implorato, quae omnium mater est, domina, dux et magistra, ut voce sua virtutem assecuta ex alto, tantum et nobis et Ecclesiae illatum fuisse gaudium gratulemur. Quae ut e sententia prospere ac feliciter eveniant, coelestis praesidii auspicem Apost. Benedictionem tibi, Ven. frater, peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam M. die 5. Octobr. 1833."

*) Tenor Brevis ad *Lamenneium*: „Quod de tua in nos et apost. sedem fide pollicebamur nobis, id demum te peregisse laeti conspeximus humili simplicique declaratione, quam per Ven. fratrem nostrum Bartholomaeum

vix credibile videbatur, quem tantae benignitatis affectu exceperamus, immemor ipse nostrae indulgentiae cito a proposito defecit, bonaque illa spes, quae de praeceptionis nostrae fructu nos tenuerat, in irritum cessit, ubi primum celato quidem nomine sed publicis patefacto monumentis nuper traditum ab eodem typis atque ubique pervulgatum novimus libellum Gallico idiomate, mole quidem exiguum, gravitate tamen ingentem, cui titulus: „Paroles d'un Croyant."

Horruimus sane, Ven. fratres, vel ex primo oculorum obtutu, auctorisque coecitatem miserati intelleximus, quonam scientia prorumpat, quae non secundum Deum sit, sed secundum mundi elementa. Enimvero contra fidem sua illa declaratione solemniter datam, captiosissimis ipse ut plurimum verborum fictionumque involucris oppugnandam ever-

---

Card. Ep. Ostiensem ad nos perferendam curasti. Benediximus quidem Patri luminum, a quo est tanta haec consolatio, quam vere dicimus cum Psalmista secundum multitudinem dolorum laetificasse animam nostram. Paternae hinc caritatis viscera affectu quo possumus maximo dilatamus ad te, dilecte fili, ovantesque in Domino gratulamur tibi veram nunc et plenam pacem indepto, ex illius liberalitate, qui salvat humiles spiritu, et eos repellit, qui secundum elementa mundi sapiunt, non secundum scientiam, quae ex ipso est. Haec quippe illustrior, haec vera victoria est, quae vincit mundum perennemque tuo nomini gloriam pariet, nullis te humanis rationibus abductum, nullaque insidiantium hostium machinatione detentum, eo duntaxat contendisse, quo parentis amantissimi voces, ex veri honestique praescripto, arcesserunt. Perge igitur, dilecte fili, hisce virtutis, docilitatis, fideique itineribus laeta idgenus Ecclesiae exhibere; eaque ipsa, qua praestas, ingenii ac scientiae laude connitere, ut ceteri etiam ex tradita nostris encyclicis literis doctrina idem sentiant ac testentur unanimes. Magnus quidem gaudio nostro iam ex eo cumulus accessit, quod illico curaveris, ut

tendamque sucepit catholicam doctrinam, quam memoratis nostris literis tum de debita erga Potestates subiectione, tum de arcenda a populis exitiosa Indifferentismi contagione, deque froenis iniiciendis evaganti opinionum, sermonumque licentiae, tum demum de damnanda omnimoda conscientiae libertate, teterrimaque societatum vel ex cuiuscunque falsae religionis cultoribus in sacrae et publicae rei perniciem conflatarum conspiratione, pro auctoritate humilitati nostrae tradita definivimus. Refugit sane animus ea perlegere, quibus ibidem Auctor vinculum quodlibet fidelitatis subiectionisque erga Principes disrumpere conatur, face undequaque perduellionis immissa, qua publici ordinis clades, Magistratuum contemtus, legum infractio grassetur, omniaque et sacrae et civilis potestatis elementa convellantur. Hinc novo et iniquo commento potestatem Principum veluti divinae legi in-

---

declarationem, quam accepimus, ederet de ea re probatissimam dilectus filius Gerbetus, alter ex tuis alumnis, quem idcirco nostra hac epistola volumus praecipue commendatum. At dissimulare haud fas est, inimicum hominem superseminaturum adhuc esse zizania. Attamen macte animo, fili, sanctique propositi tenax, eo fidenter te recipias, ubi universis murus est, inclamat S. Innocentius Pontifex, ubi securitas, ubi portus expers fluctuum, ubi bonorum thesaurus inuumerabilium. Ibi siquidem ad petram consistens, quae Christus est, praeliaberis strenue ac tuto praelia Domini, ut sana ubique doctrina floreat, nullisque novitatum commentis honestissimo quovis praetextu convectis catholica pax perturbetur. Finem hic facimus epistolae, quam nostrae erga te voluntatis testem mittimus; id porro unum ab omnium bonorum largitore Deo impensissime efflagitamus, ut exorante Virgine sanctissima, quae in teterrima temporum asperitate spes nostra est, dux et magistra, confirmet ipse opus, quod operatus est, tantique praesidii auspicem apostolicam tibi benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum die 28. Decembris 1833.

foatam, imo opus peccati, et satanae potestatem in calumniae portentum traducit, Praesidibusque sacrorum easdem ac Imperantibus turpitudinis notas inurit ob criminum molitionumque foedus, quo eos somniat inter se adversus populorum iura coniunctos. Neque tanto hoc ausu contentus omnigenam insuper opinionum, sermonum, conscientiaeque libertatem obtrudit, militibusque cam a tyrannide, ut ait, liberandam dimicaturis fausta omnia ac felicia comprecatur, coetus ac consociationes furiali aestu ex universo qua patet orbe advocat, et in tam nefaria consilia urgens atque instans compellit, ut eo etiam ex capite monita praescriptaque nostra proculcata ab ipso sentiamus. Piget cuncta hic recensere, quae pessimo hoc impietatis et audaciae foetu ad divina humanaque omnia perturbanda congeruntur. Sed illud praesertim indignationem excitat, religionique plane intolerandum

Dedit eadem occasione Summus Pontifex ad *Archiepiscopum Parisiensem*, et ad *Episcopum Rhedonensem* Brevia super eodem merito. Prioris tenor est: „Superabundavimus gaudio, Deumque totius consolationis magnificavimus, ubi declarationem perlegimus, qua dilectus filius F. Lamennelus sacerdos unice et absoluto se doctrinam nostris encyclicis literis traditam sequi diserte professus est, susceptamque ex optimo hoc eius proposito laetitiam illico per adiunctam epistolam testari eidem properavimus, quam alacri gestientique animo te ipsi traditurum certo confidimus. Complecti siquidem oratione non possumus, quonam coelesti gaudio — verbis utimur S. Petri Chrysologi — gaudere nos faciat sacerdotum concordia ac tranquillitas plebis, ubi praesertim de fraterna dissensione occurreret causa suspicandi. Cum vero pro impensa, qua incenderis erga rem sacram, sollicitudine in tantum operis maxime connisus fueris, gratulandum tibi censuimus de exitu hoc plane secundissimo, quo tua haec studia, consilia, votaque feliciter cumulata conspeximus. Accesit hoc sane ad tot tantaque pastoralium curarum monumenta, quibus id urges assidue, ut in commis-

est, divinas praescriptiones tantis erroribus asserendis ab auctore afferri, et incautis venditari, eumque ad populos lege obedientiae solvendos perinde ac si a Deo missus et inspiratus esset, postquam in sacratissimo Trinitatis Augustae nomine praefatus est, SS. Sripturas ubique obtendere, ipsarumque verba, quae verba Dei sunt, ad prava huiuscemodi deliramenta inculcanda callide audacterque detorquere, quo fidentius, uti inquiebat S. Bernardus, pro luce tenebras offundat, et pro melle vel potius in melle venenum propinet, novum cudens populis evangelium, aliudque ponens fundamentum praeter id, quod positum est.

Verum tantam hanc sanae doctrinae illatam perniciem silentio dissimulare ab eo vetamur, qui speculatores nos posuit in Israel, ut de errore illos moneamus, quos auctor et consummator fidei Jesus nostrae curae concredidit. Quare

---

so tibi agro Dominico laeta dumtaxat convalescat seges virtutum, eaque ibidem in diebus messis colligantur, quae condenda sint horreis non quae urenda sint flammis. Exaltemus itaque invicem, Ven. frater, opus, quod dextera Domini operata est, qui nostram commiseratus exiguitatem, ingenti, qua conficiebamur, anxietate diutius nos affligi non permisit. Certa enim spe erigimur, ceteros etiam insigne hoc docilitatis ac fidei exemplum secuturos, quod iam per dilectos filios Gerbetium et Lacorderium peractum laetamur, qui luculenter in eadem verba professi sunt, adeo ut vere cum S. Leone M. denunciemus ex divinae dispensatione pietatis, ubi metuebantur adversa ibi et prospera fuisse donata. Laeti porro animadvertimus, eo etiam instantiam tuam quotidianam contendisse, ut inter Ven. fratrem Carolum Ludovicum Eppum Rhedonensem, quem tot tantisque nominibus carum acceptumque habemus, et sacerdotem Lamenneium quodlibet offensionis germen praecideretur. Rem fauste et e sententia confectam nacti sumus, ac de ea idcirco quae nobis etiam cura erat, ad eundem Episcopum literas damus. Id unum nunc restat, ut quae communibus stu-

anditis nonnullis ex Ven. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine memoratum librum, cui titulus: „Paroles d'un Croyant", quo per impium Verbi Dei abusum populi corrumpuntur ad omnis ordinis publici vincula dissolvenda, ad utramque auctoritatem labefactandam, ad seditiones in imperiis, tumultus, rebellionesque excitandas, fovendas, roborandas, librum ideo propositiones respective falsas, calumniosas, temerarias, inducentes in anarchiam, contrarias Verbo Dei, impias, scandalosas, erroneas, iam ab Ecclesia praesertim in Waldensibus, Wicclefitis, Hussitis, allisque id generis haereticis damnatas continentem reprobamus, damnamus, ac pro reprobato et damnato in perpetuum haberi volumus.

Vestrum nunc erit, Ven. fratres, nostris hisce manda-

---

diis in Ecclesiae bonum praestamus, augeat ope praesenti fortunetque Pater coelestis, cuius est corda hominum dilatare, industriam acuere, segnitiem excutere, sapientiam docere, timidis animos, firmis consilium, diligentibus studium addere, ut floreat ubique in dies religio, indeque omnia quae bene de ipsa sunt statuta, immota consistant, et vera eius pax in his, quae sunt turbata, feliciter reddita convalescat. Hac spe freti, divini praesidii auspicem tibi, Ven. frater, ac gregi tuae curae concredito apost. bened. amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum die 28. Dec. 1833." — Brevis autem ad Eppum Rhedonensem tenor est: „Editam nuper a dilecto filio Lamenneio declarationem, qua doctrinam encyclicis nostris literis traditam se unice et absolute sequi testatus est, innotuisse Fraternitati tuae certo scimus, menteque concipimus, quonam inde gaudio exultaveris, praefocata subito conspiciens tot gliscentium germina amaritudinum. Eodem nos plane affectu, sensu animi eam accepimus, tibique illico de auspicatissimo hoc eventu scribere decrevimus, ut quem pristini moeroris interpretem arcesseramus, eum et laetitiae socium ac participem advoce-

tis, quae rei et sacrae et civilis salus et incolumitas necessario efflagitat, omni contentione obsecundare, ne scriptum istiusmodi e latebris ad exitium emissum eo fiat perniciosius, quo magis vesanae novitatis libidini velificatur, et late ut cancer serpit in populis. Muneris vestri sit, urgere sanam de tanto hoc negotio doctrinam, vafritiemque novatorum patefacere, acriusque pro christiani gregis custodia vigilare, ut studium religionis, pietas actionum, pax publica floreant, et augeantur feliciter. Id sane a vestra fide, et ab impensa vestra pro communi bono instantia fidenter operimur, ut eo iuvante, qui Pater est luminum, gratulemur — dicimus cum S. Cypriano — fuisse intellectum errorem, et retusum, et ideo prostratum, quia agnitum atque detectum. Ceterum lugendum valde est, quonam prolabantur humanae

mus. Patri itaque omnis consolationis, a quo est certe subita haec mutatio, benedicamus insimul, ven. frater, illiusque miserationes enarremus, cuius providentiam numquam in sua dispositione falli conspeximus. Cessabunt Deo bene iuvante strepitus concertationum, ovesque voci pastoris obsecutae iam pabula agnoverunt, quae amplectantur, sibique ducant salutaria; uti et de iis edoctae sunt, quae noxia sibi existiment ac pestifera, quin ulla se sinant specie fraudeque perverti. Haud vero ambigimus, quin eundem Lamenneium in gratiam iam receperis, quem datis ad te literis id postulasse persensimus. Cepimus et ex hoc nuncio incredibilem voluptatem, cum maxime id nobis esset in votis, ne grave quidpiam ac triste communi gaudio infestum perstaret, quod fortasse editis deinceps in vulgus aliis commentationibus esset adhuc pertimescendum. Haec in communicatione spiritus adloqui tecum per epistolam censuimus; tua interim in salebroso hoc negotio erga nos fides, diligentia, sedulitas grato semper ac benevolo insidebit animo; nostraeque huius affectionis testem tibi, Ven. frater, gregique tuae concredito apost. bened. amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum die 28. Dec. 1833."

rationis deliramenta, ubi quis novis rebus studeat, atque contra Apostoli monitum nitatur plus sapere, quam oporteat sapere, sibique nimium praefidens veritatem quaerendam autumet extra Cath. Ecclesiam, in qua absque vel levissimo erroris coeno ipsa invenitur, quaeque idcirco columna ac firmamentum veritatis appellatur et est. Probe autem intelligitis, Ven. fratres; nos hic loqui etiam de fallaci illo haud ita pridem invecto Philosophiae systemate plane, improbando, quo ex proiecta et effroenata novitatum cupiditate veritas, ubi certo consistit, non quaeritur, sanctisque et apostolicis traditionibus posthabitis, doctrinae aliae inanes, futiles, incertaeque, nec ab Ecclesia probatae adsciscuntur, quibus veritatem ipsam fulciri, ac sustineri vanissimi homines perperam arbitrantur. Dum vero pro delata divinitus nobis sanae doctrinae cognoscendae, decernendae, custodiendaeque cura ac sollicitudine haec scribimus, peracerbum ex filii errore vulnus cordi nostro inflictum ingemiscimus, neque in summo, quo inde conficimur, moerore spes ulla est consolationis, nisi idem in vias revocetur iustitiae. Levemus idcirco simul oculos et manus ad eum, qui sapientiae dux est, et emendator sapientium, ipsumque multa prece rogemus, ut dato illi corde docili et animo magno, quo vocem audiat Patris amantissimi et moerentissimi, laeta ab ipso Ecclesiae, laeta Ordini vestro, laeta Sanctae huic Sedi, laeta humilitati nostrae properentur. Nos certe fanatum ac felicem illum ducemus diem, quo filium hunc in se reversum paterno sinu complecti nobis contingat, cuius exemplo magna in spe sumus, fore ut resipiscant ceteri, qui eo auctore in errorem induci potuerant, adeo, ut una apud omnes sit pro publicae et sacrae rei incolumitate contensio doctrinarum, una consiliorum ratio, una actionum studiorumque concordia. Quod tantum bonum ut supplicibus votis nobiscum a Domino exoretis, abs vestra pastorali sollicitudine requirimus et exspectamus. In id autem operis divinum praesidium adprecantes, auspicem ipsius apost. bened. vobis, gregibusque vestris peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum 7. Cal. Jul. a. 1834.

342.

Allocutio Summi Pontificis ad Cardinales d. 1. Aug. 1834. in qua Ecclesiae iura per Gubernium Portugallicum laesa denuo reclamantur, actaque Gubernii Civilis in praeiudicium Potestatis Eccles. perpetrata rescinduntur. *)

Cum pro pastorali nostra sollicitudine gravissime illa ferremus, quae Vobis ex hoc ipso loco die 30. Septembris anni proximi facta Ulyssipona per Gubernium illic mense Julio eiusdem anni exeunte constitutum dolentes exposuimus: nihil magis optabamus, quam ut aliquid tandem nunciare in coetu vestro nobis liceret, quod ad nostrum vestrosque animos doloris nostri participes aliqua saltem ex parte consolandos pertineret. Neque vero temere sperare posse nobis videbamur, non plane irritum futurum optatum nostrum, qui facta illa tantopere questi eramus, tamque diuturna patientia bonum aliquem expostulationum nostrarum exitum exspectavimus. At quantum absit, ut aliquid huc afferre possimus spei votisque nostris consentaneum, ex iis probe intelligitis, qui per idem illud Gubernium, aucta in dies improborum audacia et conscelerato impetu Catholicae Religionis penitus delendae patrata deinceps fuisse et assidue patrari notum iam est nimium et apud omnes pervulgatum. Itaque vos iterum, Ven. fratres, in partem cogimur vocare doloris nostri eo etiam maioris, quo maiores in dies dolendi causae extiterunt. Dici enim vix potest, quam vehementer angamur cernentes animo Ecclesiam illam deplorantem res sacras maxime verendas, bonaque sua vel attributa aerario, vel publice divendita, templa populorum frequentia et pietate insignia qua clausa qua hostiliter occupata, praeclarissimos quosque ministros suos iniuriosissime tractatos ac partim expulsos partim in oras asperrimas amandatos, sanctissima ac saluberrima instituta inique sublata, aliaque eius generis vix credibilia planeque teterrima: quae dum patitur, eo etiam caret solatio, ut aliquem habeat, qui

*) Der Katholik. 1834. Octob. Beil. p. 8.

sibi tantis in aerumnis nostro nomine vel consilio vel auctoritate praesto esse possit, illo quoque, ut scitis, e Lusitaniae finibus violenter expulso, cui Pronuncius noster et ipse inde per vim migraturus vices suas agendas commiserat. Verum etsi miserrima haec sunt, et nobis una cum afflicta Lusitana Ecclesia iure meritoque lamentanda, illa tamen praesertim nos cogunt uberius lacrymari, quae nedum rerum et personarum sacrarum contemtum, atque iniuriam habent in Sedem Apostolicam, sed ea referuntur, ut iura veneranda unius propria postestatis ecclesiasticae invadantur, divina ipsa Ecclesiae labefactetur constitutio, nihilque tam sanctum sit ac religiosum, quod profanis manibus non violatum subversumque relinquatur. Huc profecto spectat illegitima illa novi tribunalis institutio, cuius sit *generalem*, ut vocant, rerum ecclesiasticarum *reformationem* inducere; huc beneficiorum etiam parochialium concessiones laicae auctoritatis nomine passim factae, nulla necessitatis ratione habita canonicae institutionis; huc censurae per idem illud tribunal iis nequiter inflictae, qui collata ab laicis iurisdictione ecclesiastica uti recusaverint; huc indictum experimentum ad Episcopalem Sedem Portugallensem assequendam; huc profana lex, qua Ecclesiarum praepositis iniunctum est, ne quem nisi a Gubernio probatum, factaque ipsi ab eo facultate, sacros ordines exercere sinant et sacramenta administrare; huc alia illa lex, qua amplissima Ecclesia Ulyssiponensis titulo insignis B. Mariae V. in coelum assumtae e Patriarchatus honore deiicitur, ad quem eam SSmus praedecessor noster Clemens XI. Regi Joanni 5. de christiana republica optime merito gratificaturus evexerat; huc demum illa, qua omnia indiscriminatim coenobia, collegia, hospitia Regularium, supprimuntur, bonaque eorum Nationi adiudicantur: quae quidem lex eo etiam iniquior est; acriusque reprehendenda, quod ad incautos decipiendos fallacissimo simulatarum causarum obtentu fuerit obvoluta. Loquimur nempe, Ven. fratres, de relatione eidem legi praemissa, quae talia habet falso criminoseque dicta, quibus nihil religiosis familiis contumeliosius, nihil magis erroneum, et minime dubiis eccles. historiae monumentis ma-

gis adversum ab homine quovis pessime in religionem et sacra instituta animato proferri potuisse videatur. Porro in tanta tamque atroci rei catholicae clade quo simus animo, quantisque premamur angustiis, satis explicare verbis non possumus. Ex una enim parte admodum durum nobis est severe agere, et gravius quidpiam in aliquem decernere; ex altera vero parte statum intuentes Religionis, frustra bonis pastoribus contra obnitentibus, iam prorsus in eo ipso Regno deformatum, ubi olim pietas, sanctitas disciplinae, devota b. Petri Cathedrae fides, et in eius successores observantia in exemplum florebant, eo iam rem adductam intelligimus, ut satis non sit illata Ecclesiae mala deplorare, nisi ad ea penitus tollenda curam omnem operamque impendamus. Absit vero, ut affectio aut ratio aliqua humana magis apud nos valeat, quam officium; absit, ut proditae Ecclesiae libertatis, desertaeque turpiter Dei et Religionis causae crimine arguamur; absit, ut alicuius licet gravissimae dimicationis aut instantis periculi metus ab iis nos consiliis deterreat, quae et S. huius Sedis dignitati, et Ecclesiae defensioni magis consentanea iudicemus. Imo vero sanctissime profitemur, beatos nos cum Apostolis existimaturos, si quid pati propter iustitiam oportebit. Hac ex alto virtute, uti confidimus, induti vocem pastoralem rursus tollimus, partesque nostras apostolica libertate instamus implere. Itaque nedum decreta omnia a praedicto Gubernio in Religionis, Ecclesiae, ac Sedis Apost. iurium et auctoritatis detrimentum prolata iterum reprobamus, damnamus, irrita prorsus et nulla declaramus, sed eos omnes, quorum nomine, opera, aut iussu edita illa fuerunt, gravissime admonemus, ut etiam atque etiam reputent poenas et censuras, quae ab Apost. Constitutionibus, sacrorumque Conciliorum canonibus, maxime Tridentini Sess. 22. cap. 11. adversus rerum sacrarum praedatores et profanatores, ecclesiasticae potestatis ac libertatis violatores, et Ecclesiae sanctaeque Sedis iurium usurpatores sunt constitutae. Ceterum nisi post haec ab ausis in eccles. potestatem atque immunitatem cessetur, damnaque innumera Ecclesiae et orbi catholico universo exempli pravitate illata reparentur: illud palam edicimus, nos

muneri non defuturos officii nostri, minimeque dubitaturos, quin severius in tantorum malorum auctores agamus, armisque in eos animadvertamus, quae sacro ministerio nostro fuerunt divinitus attributa. Utinam vero asperrima animo nostro his utendi armis necessitas avertatur! Utinam Domini, cuius legationo fungimur, vocibus dociles illi praebeant aures, quorum opera tot tantisque oppressa malis ingemiscit Ecclesia, neque exspectent dum experiantur, quam iratus ex patre factus iudex in eos insurgat, qui templum sanctum suum ausi sint polluere. Meminerint, ut est praeclarae dictum a S. Cypriano, non posse Deum habere patrem, qui Ecclesiam noluerint habere matrem; se autem nihil minus habere, quam Ecclesiam matrem, quae gremium suum tot ipsorum ictibus vulneratum dolenter ostendit. Moveat eos, siquis pietatis sensns reliquus in ipsis est, parentis moestissimae aspectus, quae tamen adhuc ulnas tendit filios exceptura, quorum una eam potest poenitentia consolari, unae eius vulneribus lacrymae mederi possunt. Nos autem simul, Ven. fratres, Patrem misericordiarum et Deum totius consolationis supplicibus votis obtestemur, ut illos in viam veritatis et iustitiae, a qua tam longe aberrarunt, dignetur reducere; aut quidquid ipsis iusto sapientiae suao iudicio fieri velit, ut ostendat faciem suam super sanctuarium suum, quod desertum est. Adiuvet patrocinio suo vota haec nostra beatissimus Apostolorum Princeps, ut idem benignissimus Deus, quemadmodum ipsum vinculis mirabiliter solvit, atque ab omni ereptum hostium expectatione liberum dedit abire, cuius rei memoriae sacrum diem celebramus: ita et nos, licet indignos tantae auctoritatis haeredes, Ecclesiamque suam, nexibus abruptis, quibus nefaria impiorum hominum conspiratione constringimur, eorumque consiliis penitus disiectis, in eam plane vindicet libertatem, qua ipse nos liberavit.

343.

Breve Gregorii XVI. PP. ad Eppum Hildesimensem dd. 8. Nov. 1834. quo adversus Constitutionem Regni Hannoverani, in quantum Ecclesiae Catholicae iuribus adversa continet, cautelam interponit, Eppumque ad tuendam coram Civili Magistratu Potestatem Ecclesiasticam hortatur. *)

Contristati gravissime sumus, Ven. Frater, cum ex tuis aliorumque literis atque etiam ex scriptis in lucem prolatis intelleximus, quae isthic Ecclesia Catholica patitur, quaeque in eiusdem perniciem in nova Hannoverani Regni Constitutione praescribuntur. Nostrum tamen dolorem nonnihil lenierunt tuimet atque istius tui Capituli conatus ad ipsius sanctae Ecclesiae causam defendendam. Quapropter debitis te ac tuos istos Canonicos laudibus celebramus, simulque in visceribus Jesu Christi hortatione nostra urgemus, ut in eandem curam ad Ecclesiae nimirum auctoritatem et libertatem in omnibus suis partibus tuendam plene cumulateque incumbatis. Qua quidem in re id sedulo curandum est, ut summa procedas consensione et cum commemorato Capitulo, et cum Ven. Fratre Antidonensi Episcopo in demandata tibi administratione dioeceseos Osnabrugensis Vicario tuo Generali, et cum Clero denique utriusque Ecclesiae universo, cunctorum scilicet vestrum animis in caritate Christi et in constanti erga sacram hanc sedem observantia atque in sana omni doctrina coniunctis. Siquidem nihil concordia ipsa validius est sive ad ingruentia undique in rem catholicam pericula propulsanda, sive ad fidelem populum in salutari ac catholica veritate perutiliter instruendum, atque in officiis cuiusque ordinis propriis custodiendum. Sed maxime providendum est, ut fideles omnes et praesertim ecclesiastici viri abhorreant penitus a profana ratione magistrorum auribus prurientium, qui per philosophiam aut inanem fallaciam vel in ipsis catholicarum urbium scholis doctrinas tradere au-

*) *Müller*, Lexicon des Kirchenrechts. 5. B. p. 136.

dent ab irreformabili Ecclesiae Catholicae sensu alienas, qui sanctissima ipsius iura multiplici cavillatione labefactare conantur, qui denique praetextus undique quaerunt, ut Civilis Potestas se interponat in negotia Ecclesiae; Ecclesiae scilicet, quam Christus acquisivit sangvine suo, et pro data sibi omni potestate in coelo et in terra fundavit, suisque apostolis ac maxime Petro omnium capiti et eorum successoribus gubernandam commisit, quam non modo non consentientibus sed magnopere etiam contradicentibus Principibus seculi voluit propagari, quam denique vel ipsi Principes sequi tenentur, ut aeternam salutem obtinere possint. Ad Nos quod attinet, haud sane praetermittimus nostram conferre operam, ut istarum Ecclesiarum libertatem et iura sarta tectaque habeamus, et angustias, in quibus versamini quantum Deo dante possumus, alleviare adnitamur. Itaque iussimus iam deferri ad Regium istud Gubernium graves Nostro nomine expostulationes tum contra alia, quae in Ecclesiae sacraeque potestatis detrimentum in praedicta istius Regni nova Constitutione sancita sunt, tum etiam contra Consistoria, quae licet Episcopalia nuncupentur, a sola civili potestate instituta sunt cum manifesta eademque permagna Episcopalis auctoritatis iniuria. — — — Ceterum bono semper animo sis, V. F., et quo graviora vides sacrae rei damna imminere, eo maiorem adhibe sedulitatem ad omnes boni pastoris partes implendas. Deum humillime oramus, ut Te, creditosque fidei tuae Clericos laicosque fideles dextra sua regat, et brachio sancto suo defendat. Et nostrae singularis caritatis pignus Apostolicam Benedictionem Tibi V. F. atque illis peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum die 8. Nov. 1834.

344.

Nota altera Nuncii Apostolici ad Cantonem Sangallensem dd. 8. Febr. 1834. pro defensione iuris Sedis Apostolicae in erectione Eppatus Sangallensis, una congruas reflexiones circa praetensum per Cantonem ius inspiciendi et cavendi quoad sacra, continens. *)

In seiner Note vom 10. Nov. 1833. hatte der unterzeichnete Apost. Nuncius, um seiner heil. Pflicht zu genügen, feierlich gegen den Beschluss vom 28. Oct. protestirt, mit der Erklärung, selbiger zerstöre nicht nur die Verkommnisse, sondern auch die von Christus in seiner Kirche festgesetzte Ordnung. Würdigend jedoch die Rechtlichkeit und den Biedersinn, welche jederzeit den hauptsächlichsten Ruhm des Schweizervolkes ausmachten, und ins Gedächtniss rufend die Gesinnung aufrichtiger Anhänglichkeit an die Religion, die sich die Katholiken des Kantons St. Gallen stets zur Ehre rechneten, hatte er die feste Zuversicht ausgesprochen, es werde der kath. Gr. Rath sich angelegen seyn lassen, benannten Beschluss zurückzunehmen. Ungemein musste sich daher der Unterzeichnete betroffen finden, als er aus der Note, womit ihn der kathol. Administrationsrath unterm 10. Dec. beehrte, entnehmen konnte, dass nicht nur seine gehegten Hoffnungen nicht in Erfüllung gegangen sind, sondern es des Weitern ersah, dass der kath. Gr. Rath keinen Anstand genommen hat, durch Beschluss vom 19. Nov. neue Massregeln zu ergreifen, die ebenso ungültig, die bestehenden Verträge ebenso zernichtend, und den Grund selber, auf den sich die göttliche Einrichtung der Kirche stützt, ebenso zerstörend sind. — — Der Unterzeichnete — wird sich darauf beschränken, die Grundsätze zu prüfen, welche zur Rechtfertigung der Massregeln, die der kath. Gr. Rath zu treffen glaubte, angeführt worden sind. Indem der Unterzeichnete in dieser Angelegenheit das, was rein das öffentliche Recht betrifft,

*) Schweizerische Kirchenzeitung. Luzern. 1834. p. 273.

trennen will von dem, was zum Kirchenrecht gehört, so wird es die Grundsätze der ersten und zweiten Art, die der kath. Administrationsrath in der erwähnten Note aufgestellt hat, gesondert untersuchen. — —

— — Prüfen wir die Beschlüsse des kath. Gr. Raths an den Grundsätzen des kirchlichen Rechtes, Grundsätzen, die, wie schon gesagt, die Grundlage der göttlichen Einrichtung der Kirche bilden: da fragt es sich: Kann eine Regierung ohne Zwischenkunft der geistlichen Behörde Bisthümer errichten oder unterdrücken? Vor allem andern ist zu erwägen, dass gleichwie der Episcopat nichts anderes ist, als die Macht, die Kirche zu regieren, ebenso einer jener Gegenstände, welche die Leitung derselben betreffen, die Errichtung oder Unterdrückung der Bisthümer ist. Solche Errichtungen oder Unterdrückungen sind ebenso viele Handlungen der geistlichen Jurisdiction, insofern durch selbe in verschiedenen Gegenden die Leitung der Gläubigen angeordnet, und einem Bischofe ein bestimmtes Bisthum und ein bestimmtes Volk, als ihm in geistiger Ordnung untergeben, angewiesen wird. Sind nun wohl die Regierungen mit dieser geistlichen Jurisdiction bekleidet? Hat vielleicht der göttliche Erlöser die Obrigkeiten zu Leitern und Hirten seiner Heerde auserwählt? Hat er ihnen vielleicht die Schlüssel des Himmelreichs anvertraut, oder ihnen die Leitung der Kirche übertragen? Wohl finden wir im Evangelium die Weissagung ihres göttlichen Stifters, dass die Könige und Mächtigen der Erde sie verfolgen werden: aber kein Wort lesen wir davon, dass er jemand Anderm als dem Petrus und den Aposteln jene Macht anvertraut habe, vielmehr wollte er, dass dieselbe von der zeitlichen Macht durchaus geschieden und unabhängig seyn sollte. Für diesen Unterschied zwischen der geistlichen und weltlichen Macht, für diese Unabhängigkeit der Kirche von der bürgerlichen Gewalt hatte der Unterzeichnete in seiner Note von 10. Nov. soweit es deren Umfang ihm gestatten wollte, die unumstösslichsten Beweise angeführt: diese Beweise sind in ihrer vollen Kraft verblieben, hat doch der kathol. Admin. Rath. nichts geradezu darauf erwiedert.

Um jedoch die Beschlüsse des kath. Gr. Rathes zu rechtfertigen, berufen sich die hochg. Herren auf die vorgeblichen Rechte *circa sacra*, auf das sogenannte *ius inspiciendi et cavendi*. Dem Unterzeichneten ist gar wohl bekannt, dass in unsern Tagen diese vorgeblichen Rechte von einigen Regierungen hervorgehoben werden, um das Wesentlichste in der Kirchenregierung ihrer Macht zu unterwerfen, und auf einmal sowohl das Wesen der von Christus seiner Kirche anvertrauten Gewalt selbst, als auch ihre heiligsten Gesetze unter die Füsse zu treten. Um jedoch bis zur Augenfälligkeit zu zeigen, wie hoch diese Vorgeben anzuschlagen sind, genügt die Beachtung einiger Thatsachen, worüber in der Kirchengeschichte ein ungemein weites Feld eröffnet ist. Die sogenannten Rechte *circa sacra*, das *ius inspiciendi et cavendi* auszuüben, gaben ohne Zweifel jene Häupter vor, welche, wie man in der Apostelgeschichte liest, dem h. Petrus, und h. Joannes geboten, den Namen Jesu nicht mehr zu verkünden; allein welches Gewicht die Apostel auf diese vorgeblichen Rechte legten, beweist sattsam ihre Antwort: Urtheilet selbst, ob es besser sei, euch mehr zu gehorsamen, als Gott — „oportet obedire Deo magis quam hominibus." Das sogenannte Recht *inspiciendi et cavendi* wollten auch die Nerone, die Domitiane, die Decier, die Diocletiane und alle andere Tyrannen gebrauchen, welche drei Jahrhunderte lang gegen die christliche Religion wütheten, und alle möglichen Martern anwendeten, um ihre Verbreitung zu verhindern und sogar ihren Namen zu vertilgen; allein die unermessliche Anzahl Martyrer, welche unter den grausamsten Qualen mit unerschütterlicher Standhaftigkeit Blut und Leben hingaben, zeigt offenbar, was sie von diesen vorgeblichen Rechten dachten. Eben so wollten einige Griechische Kaiser sich Rechte *circa sacra* anmassen, und wagten es, sich in die Regierung der Kirche einzumischen, um die geistliche Gewalt ihrer Macht zu unterwerfen; allein Bischöfe, Concilien, und Römische Päbste erhoben ihre Stimme, und verdammten laut mit unerschrockener Brust derlei Eingriffe. Eingetragen sind in der Geschichte der Kirche die gewichtigen und nachdruckvollen Verwahrun-

gen des heil. Athanasius gegen den Kaiser Constantius, des heil. Ambrosius gegen den Kaiser Valentinianus, des heil. Gelasius und des heil. Symmachus gegen Anastasius, und unter so vielen andern jene des heil. Joh. Damascenus gegen Leo den Isaurier und Constantinus Copronymus, nicht minder jene des heil. Theodorus Studita gegen Leo den Armenier: „Wage nicht, sagte dieser Letztere zum genannten Kaiser, den Zustand der Kirche umzustürzen; denn der Apostel sagt: Gott hat in ihr zuerst die Apostel aufgestellt, dann die Propheten, drittens die Hirten und Lehrer, nicht nannte er die Monarchen. Dir ist der bürgerliche Staat anvertraut, und das Kriegsheer, dieser nimm dich an; überlasse daher, wie der Apostel sagt, die Kirche den Hirten und Lehrern." Um aber über einen so klaren Gegenstand nicht in unnöthigen Weitläufigkeiten einzugehen, wird es genügen an eine jener traurigen Wirkungen zu erinnern, die aus einem so verderblichen Systeme entsprangen. Einzig zwei Beispiele will der Unterzeichnete anführen: das eine ist England, welches ein Fürst, der behauptete, die Macht der Kirche müsse sich den Launen der zeitlichen Macht fügen, zuerst in eine Spaltung und darauf in die Ketzerei mit sich fortriss; das andere Beispiel liefert uns die Schweiz selber, wo die Gr. Räthe von Zürich, Bern, Genf, und andere, um das *Jus inspiciendi et cavendi* auszuüben, sogar die Glaubenslehren der kath. Religion in Frage stellten, und durch einen Beschluss die Trennung dieser Kantone von der kath. Kirche festsetzten. Dieses sind die unglücklichen Ergebnisse, welche die vom kath. Admin. Rathe verhoffentlich aus Versehen geäusserten Grundsätze nur allzuleicht herbeiführen.

Wenn man dann, was in der Note vorgebracht wird, näher untersucht, so wird darin aufgestellt: es komme dem Staate zu, zu beurtheilen, ob eine Gegend für sich ein Bisthum ausmachen, oder aber als Theil an ein anderes sich anzuschliessen habe, unter der Behauptung, der Entscheid hierüber stehe dem Staate zu in Gemässheit der Interessen des Staates selbst, der geistigen Bedürfnisse der Bürger,

so wie seiner materiellen Mittel. Der Unterzeichnete hätte gewünscht, es möchte der kath. Adm. Rath nicht zufrieden eine solche Behauptung zu äussern, unverweilt auch die Beweisgründe für seine Behauptnng angeführt haben; allein statt dessen begnügt er sich zu behaupten, es komme diese Befugniss den Regierungen zu, weil, wie er sich ausdrückt, es sich nm äussere, zufällige, und die Interessen der Bürger beschlagende Gegenstände handelt. Es schmerzt den Unterzeichneten hervorheben zu müssen, es enthalten die Ausdrücke des kath. Admin. Raths einen groben Irrthum. Also was äusserlich, zufällig ist, und auf eine Weise die Interessen der Bürger beschlägt, soll der zeitlichen Macht unterworfen sein? Wenn das ist, so müsste die Kirchendisciplin grösstentheils von der Staatsgewalt abhängen. Man nehme z. B. den Gottesdienst: er ist äusserlich, in sofern er aus Gebräuchen und Zeremonien besteht; er ist grösstentheils zufällig, insofern er Abänderungen unterliegen kann; er beschlägt ferner die Interessen der Bürger, weil den Bürgern die Verpflichtung obliegt, die Diener desselben zu unterhalten; aber wird man darnm sagen wollen, der Gottesdienst hänge von der bürgerlichen Gewalt ab, es stehe den Regenten des Staates frei Abänderungen darin vorzunehmen, und ihn nach ihrem Gefallen zu ordnen? Man höre, was einer der gelehrtesten und eifrigsten Vertheidiger der weltlichen Gewalt über die vorgebliche Macht der Fürsten in Sachen der Disciplin schrieb: „Die Monarchen sollen sich nicht über die Rechte uud die Gewalt des Priesterthums erkühnen. In allem Andern giebt dio königliche Macht das Gesetz, und steht voran als Souverain; aber in kirchlichen Dingen hat sie nur zu unterstützen, zu folgen, zu dienen. Nicht nur in Sachen des Glaubens, sondern auch der Kirchendisciplin steht der Kirche der Entscheid, dem Fürsten der Schutz zu;" und nachdem er erklärt hat, dass in dem, was die Sache Gottes und die Interessen der Kirche betreffe, die weltliche Macht der geistlicheu Gewalt gehorsamen müsse; fügt er bei: „die Ausübung der Hirtengewalt von der weltlichen Macht abhängig machen wollen, ist die unerhör-

teste und ärgerlichste Schmeichelei, die einem Menschen je zu Sinne gekommen ist.” *Bossuet.* Den Irrthum, dass alles Aeussere und Zufällige in der Kirche der Staatsgewalt unterworfen seyn müsse, hat Marsilius von Padua auf die Bahn gebracht; ihn haben die Häupter der Ketzerei, die Neuerer des 16. Jahrhunderts befolgt: ihn hat darauf Marcus Anton. de Dominis wieder hervorgeholt. Die Kirche verwarf stets mit Abscheu solche grundverderbliche Irrthümer, und verdammte sie laut. Wirklich werden sie von dem Concilium von Sens verworfen, und nach einander von dem apost. Stuhle und besonders von den unsterblichen Päpsten Benedictus XIV. und Pius VI. verdammt: von dem ersten in einem Breve an die Bischöfe Polens von 5. März 1752. von dem zweiten in seinem Breve vom 10. März 1791. und noch feierlicher in der dogmatischen Bulle *Auctorem fidei.*

Auch kommt es dem Unterzeichneten wunderbar vor, wie doch der kath. Admin. Rath keinen Anstand nehmen kann zu behaupten, seine Ansicht über Errichtung und Unterdrückung der Bisthümer finde sich in der alten und neuen Geschichte bestätigt, während es unzweifelhaft ist, dass selbe mit der Geschichte im offenbarsten Wiederspruche steht. Steige man nur zu den ersten Jahrhunderten des Christenthums herauf, und sehe da, welchen Antheil an diesen Dingen die Fürsten hatten. Der Unterzeichnete beschränkt sich, das Zeugniss des berühmten Thomassinus anzuführen, der, nachdem er die Urkunden des tiefsten Alterthums durchforscht, behauptet: es ergebe sich, dass in den fünf Jahrhunderten des Christenthums sich keine Spur finde, dass die königliche Macht an solchen Angelegenheiten irgend einen Theil hatte. (Vet. et nova Eccl. disc. P. 1. l. 1. cap. 54.) Über die spätere Zeit drückt sich derselbe Verfasser folgendermassen aus: „Es ist durch die alten Schriftsteller ausser allem Zweifel, dass bei Errichtung von Bisthümern die Päpste und Bischöfe jederzeit das Hauptansehen genossen. Es sassen mit heiligem Ansehen die Päpste und Bischöfe vor, denen in solchen Dingen nur die erste Stelle zukommen kann; die Fürsten haben durch ihre zeitliche Macht und durch die oftmals so nothwendige Wohlthätig-

keit mitgewirkt, um die Hindernisse zu entfernen und die Kirche zu dotiren." (cap. 65.) Dieses sind nach den Grundsätzen der Kirchenverfassung die Befugnisse der bürgerlichen und geistlichen Macht; solches ist zu jeder Zeit geübt worden, und wird noch immer in derlei Sachen geübt. Die erklärtesten Begünstiger der königlichen Macht und der bürgerlichen Gewalt haben selber den grossen Irrthum derjenigen eingesehen, die derlei Dinge der zeitlichen Gewalt unterwerfen wollen; es genügt das Zeugniss des Petrus de Marca, ein um so gewichtigeres Zeugniss, wenn man die unverdächtige Eigenschaft des Schriftstellers betrachtet, und wenn mam erwäget, dass es nicht so fast die Überzeugung eines Einzelnen, als vielmehr die Übereinstimmung der gallikanischen Kirche mit der Überzeugung der allgemeinen Kirche ausspricht: „Es ist die Ansicht der gallikanischen Kirche, dass die Könige kein Recht haben, neue Bisthümer zu errichten. — — Man muss nicht aus niedriger Schmeichelei gegen die Fürsten sich von der gemeinsamen Ansicht der ganzen Kirche entfernen, wie es dem Marcus Ant. de Dominis begegnete, der irrig und selbst gegen die Canones den Monarchen die Errichtung der Bisthümer beilegt. — Der Kirche allein gehört das Verfügungsrecht über alles, was diesen Gegenstand betrifft." De Conc. Sac. et Imp. l. 2. c. 9. Wenn den Tadel niedriger Schmeichelei diejenigen auf sich laden, die das Recht, Bisthümer zu errichten, den Fürsten beilegen; wie soll man jene nennen, die dieses Recht sich anmassend nach dem Ausdrucke de Marca's gegen die Canones und die Ansicht der allgemeinen Kirche handeln? Der Unterzeichnete enthält sich gern, derlei Eingriffe zu bezeichnen.

Der Unterzeichnete hat noch die Ausdrücke zu prüfen, in welchen der kath. Admin. Rath erklärt, er könne den in der Verwahrung vom 10. Nov. aufgestellten Grundsatz nicht annehmen, als liege die Errichtung neuer und die Unterdrückung bereits bestehender Bisthümer ausschliesslich in der Befugniss des Römischen Pabstes. — — Es ist gar ein Leichtes zu zeigen, wie ungewichtig das vom Kath. Adm. Rathe Angeführte sei. (*Post plura exempla ex Historia pro-*

lata prosequitur) — Nun noch die Schwierigkeit: es sei das ausschliessliche Recht der römischen Päbste, Bisthümer zu errichten oder zu unterdrücken, im Gegensatze mit dem Wesen der Sache selbst. Was soll den diese vom Kath. Adm. Rathe in der Voraussetzung erhobene Schwierigkeit, als könnten die Päbste die Bedürfnisse der Gläubigen nicht kennen? Den Urgrund einer solchen Behauptung zeigen genugsam die angeführten Thatsachen, aus welchen sich ergibt, dass der heil. Stuhl die Bedürfnisse der Gläubigen in den verschiedenen, auch noch so entfernten Ländern und Reichen gekannt, und dafür jederzeit auf angemessene Weise Fürsorge gethan hat. Hat aber der apost. Stuhl dieses vermocht, als es um die entferntesten Länder, sogar um Gegenden der andern Halbkugel zu thun war: wie kann man sagen, er könne nicht für ein Bisthum der Schweiz sorgen, wo sich ein Stellvertreter des heil. Stuhles aufhält, um die Bedürfnisse der Gläubigen zu kennen und ihnen leichter abzuhelfen? Man sagt, die Regierungen sehen die geistigen Bedürfnisse der Völker, welche sie regieren, besser ein als jeder Andere. Gesetzt auch es sei, kann dieses schon genügen, ihnen eine Macht zu ertheilen, die sie von Christus nicht empfangen haben? Aber ist es den wahr, dass im Allgemeinen die Regierungen die geistigen Bedürfnisse der Völker richtig zu beurtheilen vermögen? In der Note von 10. Nov. wurde gefragt, ob sich dazu solche Regierungen eigneten, deren Glieder von falschen Glaubensgrundsätzen, oder von Unglauben beherrscht wären; zugleich ward gezeigt, wie begründet die Furcht sein müsste, es würden diese nach ihren Begriffen die Bedürfnisse der Gläubigen messend, die kath. Religion unter trügerische menschliche Theorieen beugen wollen. — Der Unterzeichnete will, was er bei erwähnten Anlasse ausgesprochen hat, hier wiederholen: es stehe allerdings den Regenten eines Staates frei, sich mit ihren Wünschen, für Errichtung neuer Bisthümer oder für Abänderung schon bestehender, an den Oberhirten der Kirche zu wenden. Hat sich vielleicht der heil. Stuhl je geweigert, mit den Regierungen über solche Angelegenheiten zu unterhandeln? oder hat er nicht vielmehr sich angelegen

sein lassen, mit denselben über alles, was er zur Begründung des Wohls der Gläubigen für erspriesslich erachtete, feierliche Verträge abzuschliessen? So hat der apost. Stuhl stets gehandelt, und die Errichtung des Bisthums St. Gallen liefert ein hell leuchtendes Beispiel. Aber wie könnte er dulden, dass die weltliche Macht, die heiligsten Rechte und selbst die Verträge mit Füssen tretend, das zu zerstören sich erkühne, was kirchenrechtlich gegründet worden ist und besteht? Man deutet auf Beispiele kleiner und grosser, wie man sagt, an die Schweiz gränzender Staaten, in welchen die Regierungen aus eigenem Rechte unterdrückungen von Bisthümern vorgenommen haben sollen. Was die Thatsache betrifft, muss selbe bewiesen werden; es muss daher mit unzweifelhaften Urkunden gezeigt werden, dass bei den erwähnten Unterdrückungen das Ansehen des heil. Stuhles nicht dazwischengetreten sei. Allein wenn auch der Art Beispiele angeführt werden könnten, was anders darf daraus gefolgert werden, als dass, der so etwas gewagt hätte, wer er sei, sich der Gewaltthätigkeit gegen die unverjährbaren Rechte der Kirche, und eines zur Spaltung führenden Missbrauches seiner Macht schuldig gemacht habe? Nicht nach den Thatsachen muss das Recht, wohl aber nach diesem müssen die Thatsachen beurtheilt werden. Eines ist das Recht der Kirche, welches alle Staaten ohne Unterschied achten müssen, mag ihre Regierungsform, mag die Grösse ihres Gebietes sein welche sie wolle. — — Luzern, den 8. Febr. 1834. Philippus, Erzb. v. Carthago.

345.

Breve ad Clerum Helvetiae dd. 16. Cal. Jun. 1835. quo Articuli Conferentiae Badensis, potestatem Ecclesiasticam sub jugum servitutis laicalis mittentes, reprobantur, sinceraque Ecclesiae Cath. doctrina de ratione inter Ecclesiam et Civitatem proponitur. *)

Gregorius XVI. Commissum divinitus humilitati nostrae Apostolici officii munus omnino postulat, ut assidue ad custodiam gregis Domini vigilantes illuc praesertim studia et cogitationes omnes intendamus, opem quoad possumus allaturi, ubi aeterna ovium salus ac ipsa Catholica Religio periclitari videatur. Multa autem inimicos homines callide, neque irrito conatu in istis regionibus moliri, quae in apertam christiani gregis perniciem, reique catholicae detrimentum vergant, nos minime ignoramus, atque adeo vehementissime dolemus. Quem quidem dolorem illud etiam exasperat, quod ii ad incautos decipiendos haudquaquam se fidei integritati detrahere velle profiteantur, idque unum propositum sibi esse simulent, ut scilicet iurium ad potestatem laicam pertinentium indemnitati consulant; hoc tamen fallacissimo rationis publicae obtentu erroneas ac pravas, quas sequuntur, doctrinas qua insinuare lateque propagare, qua constabilire et quodammodo sancire enitantur; hinc conventus indicere, consultationes habere, certamque normam audent conflare, qua secularis potestatis in ecclesiasticis negotiis partes temere declarentur ac definiantur. Intelligitis iam, Ven. fratres, dilecti filii, de iis nos loqui, quae mense Januario elapsi anni in urbe Bada Pagi Argoviensis nefarie gesta vel potius perpetrata sunt; quaeque vos ipsos acerbissimo confecerunt moerore, anxiosque adhuc et sollicitos habent. Dissimulare quidem non possumus, adduci nos initio nequivisse, ut crederemus, laicos homines non alia mente simul in statutum locum convenisse, nisi ut res, quae

---

*) *Rheinwald*, acta historico-ecclesiastica Sec. XIX. Jahrgang 1835. p. 3.

Religionem respiciunt, pertractarent, eoque progredi voluisse, ut non solum de pluribus Ecclesiasticae unius Potestatis propriis iure veluti suo deliberarent, sed suscepta insuper consilia confirmanda et vi legis munienda iis offerrent, qui in foederatis istis ditionibus civilium rerum summam administrant. At rem certam nimis exploratamque nobis fecerunt ipsa memorati Conventus acta, quae nuper Gynopedii (Frauenfeld) typis edita sunt, quaeque tum nomina virorum, qui delecti Conventui adfuerunt, tum sermones a nonnullis ex iis in pluribus Sessionibus prolatos, tum demum confectos ibidem articulos integre exhibent. Perhorruimus vero sive sermones sive articulos hosce perlegentes, et eiusmodi in iis contineri principia, easque inde in Catholicam Ecclesiam induci novitates intelleximus, quae utpote illius doctrinae ac disciplinae repugnantes, aperteque ad perniciem animarum pertinentes, ferri nullo modo possunt. Profecto qui omnia sapientissime fecit, ac providentissima ordinatione disposuit, is voluit, ut multo magis in Ecclesia sua vigeret ordo, et alii quidem praeessent atque imperarent, alii subessent et parerent. Habet propterea Ecclesia ipsa ex divina institutione potestatem non magisterii solum, ut res fidei et morum doceat ac definiat, sacrasque literas absque ullo erroris periculo interpretetur, verum etiam regiminis, ut quos semel gremio suo excepit filios, in tradita doctrina contineat et confirmet, legesque ferat de iis omnibus, quae ad animarum salutem, sacri ministerii exercitium ac Dei cultum attinent: quibus legibus quisquis obsistat, gravissimi se reum criminis faciat. Atque haec docendi iubendique potestas in iis, quae religionis sunt, a Christo sponsae suae tributa non modo ita eius Pastorum ac Praesulum propria est, ut ad civilis reipublicae magistratus nullo pacto possit pertinere, sed insuper libera omnino et terrenae cuidam dominationi minime obnoxia. Neque enim seculi Principibus, bene vere Apostolis eorumque in officio successoribus revelatae doctrinae depositum commisit Christus, hisque tantum dixit: „Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit." Neque ex placito laicae potestatis, sed ea etiam invita Evangelium annunciaverunt, Ecclesiam

propagarunt, disciplinam statuerunt iidem Apostoli, quin imo cum Principes synagogae silentium ipsis ausi fuissent indicere, Petrus et Joannes evangelica usi libertate responderunt: „si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, iudicate." Nonnisi igitur laesa fide planeque perturbata divina Ecclesiae constitutione naturaque regiminis fieri potest, ut ulla in eam seculi dominetur potestas aut eius doctrinam moderetur, vel impediat, quominus leges ad sacrum ministerium, divinum cultum et spirituale fidelium commodum spectantes ferat ac promulget. Firma haec sunt, immobilia, et veterum, quotquot fuerunt, Patrum auctoritate ac traditione suffulta. „Ne te rebus misceas ecclesiasticis, ad Imp. Constantium scribebat Osius Cordubensis Episcopus, nec nobis his de rebus praecepta mandes, sed a nobis potius haec ediscas: tibi Deus imperium tradidit, nobis ecclesiastica concredidit. Ac quemadmodum qui Tibi imperium subripit, Deo ordinanti repugnat; ita metue, ne si ad te ecclesiastica pertrahas, magni criminis reus fias." Norunt id etiam ac palam fateri gloriosum sibi duxerunt christiani Principes, inter quos magnus ille Basilius Imperator ita in octava Synodo loquutus est: „De vobis autem laicis, tam qui in dignitatibus, quam qui absolute conversamini, quid amplius dicam non habeo, quam quia nullo modo vobis licet de ecclesiasticis causis sermonem movere. Hoc investigare et quaerere Patriarcharum, Pontificum et Sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui ligandi et solvendi potestatem habent, qui ecclesiasticas et coelestes adepti sunt claves: non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel a ligamento solvi egemus." Atqui tamen longe aliter in Badensi Conventu deliberatum est, quique inde prodierunt articuli, sanam de potestate ecclesiastica doctrinam labefactant, Ecclesiamque ipsam in probrosam adducunt iniustamque servitutem; ea siquidem vel in dogmaticis decretis evulgandis potestatis laicae arbitrio subiicitur, et quas de disciplina tulerit leges, omni vi effectuque carituras edicitur, nisi ex secularis auctoritatis consensu fuerint promulgatae, addito etiam proposito de poenis adversus eos, qui secus fecerint,

statuendis. Quid? eidem civili potestati libera datur facultas synodorum, quas dioecesanas dicimus, celebrationi singulis vicibus vel annuendi vel adversandi, in ipsasque synodos inspiciendi; Seminariis praesidendi, rationemque interni eorum regiminis a sacris Praesulibus statutam confirmandi; clericos facto scientiae periculo ecclesiasticis muneribus deputandi; religiosam ac moralem populi institutionem regendi; omnia demum, quae externam, ut aiunt, Ecclesiae disciplinam respiciunt, quamquam spiritualis indolis ac naturae sint, atque ad Dei cultum et animarum salutem referantur, moderandi.

Nihil vero est, quod magis Ecclesiae proprium, eiusque Pastoribus arctius reservatum voluerit Christus, quam Sacramentorum ab se institutorum dispensatio, cuius quae sit ratio servanda, ad eos solummodo pertinet iudicare, quos ille operis sui administros in terris constituit. Nefas proinde, si in sanctissimo eo munere aliquid sibi civilis Potestas vindicet; nefas, si circa illud quidpiam statuat aut sacrorum ministris praecipiat; nefas, si quid legibus suis adnitatur adversus regulas de divinis mysteriis christiano populo impertiendis sive scripto consignatas, sive voce traditas, et ad nos usque ab Ecclesiae primordiis transmissas. „Nosti, inquiebat S. Gelasius praedecessor noster in sua ad Anastasium Imperatorem epistola, nosti fili clementissime, quod licet praesideas humano generi dignitate, rerum tamen Praesulibus divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuae salutis expetis, inque sumendis coelestibus sacramentis, eisque ut competit disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, quam praeesse. Nosti itaque inter haec ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi potestatam." Attamen quod incredibile prorsus ac portenti loco esse videtur, eousque in Badensi Conventu progressum est, ut vel in ipsam Sacramenta dispensandi rationem seculari auctoritati ius et officium fuerit attributum. Huc sane spectant, qui ibidem de magno in Christo et Ecclesia Matrimonii Sacramento temerario ausu conscripti sunt articuli, huc favor apertissime decretus mixtis nuptiis contrahendis, huc necessitas parochis catholicis

imposita iisdem nuptiis benedicendi, omni religionis inter conjuges discrimine prorsus neglecto, huc demum severae poenarum comminationes adversus eos adhibitae, qui id facere detrectaverint. Quae quidem omnia non ea tantum de causa sunt merito exprobranda, quod Civilis Potestas de Sacramenti divinitus instituti celebratione leges ferat, sacrisque pastoribus tanta in re audeat imperare: sed ex eo etiam acrius sunt reprehendenda, quod absurdissimam impiamque indifferentismi, ut vocant, opinionem foveant, imo illi necessario innitantur, ac praeterea catholicae veritati, doctrinaeque Ecclesiae manifestissime adversentur.

Quam autem Christus Ecclesiae suae contulit administrandae religionis, christianaeque societatis regendae summam et civili minime obnoxiam potestatem, eam, ut Apostolus ad Ephesios scribens disertissime docet, in bonum unitatis instituit. At quae esset haec unitas, nisi unus toti Ecclesiae fuisset praepositus, qui illam tueretur et custodiret, quique omnia eiusdem Ecclesiae membra una fidei professione conjungeret, uno caritatis et communionis vinculo copularet? illud omnino divini sapientia legislatoris postulabat, ut visibili corpori visibile caput praeficeret, quo scilicet constituto schismatis tolleretur occasio. Quamobrem licet Episcopis omnibus, quos Spiritus S. posuit regere Ecclesiam Dei, communis sit dignitas, et in his, quae sunt ordinis, aequa potestas: non est tamen omnium unus in hierarchia gradus aut par iurisdictionis amplitudo. „Siquidem et inter beatissimos Apostolos, verbis utimur S. Leonis M. in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris praemineret, quia ita evangelici muneris sacramentum voluit Dominus ad Apostolorum officium pertinere, ut in beato Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocarit." Quod ergo uni ex omnibus Apostolis Petro concessit, cum claves regni coelorum illi promisit, et agnos ac oves pascendi confirmandique munus demandavit, id in commodum Ecclesiae suae usque ad consummationem seculi permansurae patere voluit ad successores Petri, quos aequali iure eidem Ecclesiae praeposuit. Haec sem-

per fuit Catholicorum omnium concors et firma sententia: hoc fidei dogma est, Romanum Pontificem b. Petri Apost. Principis successorem Primatum non solum honoris sed auctoritatis etiam ac iurisdictionis in universa Ecclesia obtinere, atque adeo ipsos Episcopos illi esse subjectos. Sanctae idcirco Petri Sedi, Romanae nempe Ecclesiae, ut idem S. Leo pergit, ita omnem per orbem Ecclesiam necesse est consociari et tamquam ad catholicae unitatis et communionis ecclesiasticae centrum concurrere, ut exsortem se mysterii intelligat esse divini, qui ausus fuerit a Petri soliditate recedere. Quicunque, subdit S. Hieronymus, extra hanc domum agnum comederit, profanus est; si quis in hac Noë arca non fuerit, peribit regnante diluvio; et sicut qui cum Christo non colligit, ita quisquis non colligit cum eius Vicario, plane dispergit. Quomodo autem cum Christi Vicario colligat is, qui sacram illius auctoritatem pessumdet, iuraque infringat, quibus propterea ipse potitur, quod caput Ecclesiae centrumque unitatis est, quod primatum obtinet ordinis ac iurisdictionis, quod plenam pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam divinitus traditam habet potestatem? At, illacrymantes quidem dicimus, id quoque ausum in Badensi Conventu est. Romanus Pontifex tantum, non quilibet Episcopus potest proprio ac nativo iure dies ab Ecclesia festis celebrandis servandisque ieiuniis constitutos transferre, Sacrique audiendi praeceptum abrogare, quemadmodum et in Constitutione *Auctorem fidei* a Pio VI. die 28. Aug. 1794. edita fuit adversus Pistorienses aperte definitum. Contraria tamen sunt, quae in Badensibus articulis continentur, quaeque ex eo etiam sunt perniciosiora, quod circa eiusmodi caput, utpote disciplinam attingens, ius civili potestati fuerit indiscriminatim assertum atque expresse reservatum. Nec minus Romanis Pontificibus peculiare ius inest Regulares Familias ab Episcoporum iurisdictione eximendi, sibique subiiciendi: quo iure ab antiquissimis temporibus usi illi certissime sunt. Atqui huic etiam iuri manifestissime detrahunt Badensis Conventus articuli. Sane nec facta mentione veniae ab Ap. Sede necessario implorandae et obtinendae, statutum est, ut ab seculari potestate

ea suscipiantur consilia, quibus abolita coenobiorum, quae sunt in Helvetia, exemtione, ordinariae Episcoporum auctoritati Regulares Familiae subdantur. Quibus et illa sunt adiungenda, quae de iuribus Episcoporum, qua latissime patent, exercendis sancita sunt, quaeque si penitius considerentur, et ad principia referantur, ex quibus confecti in eodem Conventu articuli dimanant, innuere videntur, Episcoporum iurisdictionem iustis licet de causis non posse aut non debere suprema Romani Pontificis auctoritate coërceri, ac quibusdam limitibus quandoque circumscribi. Nec praetereunda, quae sive de Metropolitanae Sedis erectione, sive de nonnullis ex istis Dioecesibus alteri Cathedrali Ecclesiae extra fines Helveticos positae conjungendis, tractata ac proposita sunt. Quamquam enim ea in re Apost. Sedis iurium aliqua fuerit habita ratio, non ea tamen haec esse intelligitur, quam vis et natura divini Primatus postulabat; ibi namque perinde actum est, ac si liberum omnino esset civili Potestati de gravissimis iis capitibus ea iure suo constituere, quae spiritualibus populi necessitatibus censeat expedire. Mittimus alia multa, quae taedet singillatim recensere, quae tamen non leviorem inferunt sanctae huic Petri Cathedrae iniuriam, eiusque dignitatem auctoritatemque imminuunt, violant, contemnunt.

— — — Haec cum ita sint, in tanta et tam aperta sanae doctrinae iurisque ecclesiastici perturbatione, in tanto et tam gravi rei catholicae in istis regionibus discrimine, nostrarum partium fuisset, habito vix Badensi Conventu vocem de monte hoc sancto tollere, quique in illo concinnati sunt, articulos palam arguere, reprehendere, damnare. Nec alia profecto de causa Nostrum de ipsorum pravitate indicium hactenus distulimus, nisi quod futurum sperabamus, ut non modo rati non haberentur, sed reiicerentur prorsus ac improbarentur ab iis, qui civilibus administrandis negotiis isthic praesunt. At cum res maxima ex parte ad votum non successerit, quin imo dolentes summopere acceperimus, latas alicubi fuisse leges, quibus iidem articuli confirmantur ac publica sanctione muniuntur; cumque magistri et Doctoris universalis personam, meritis licet imparibus, gerentes

illud sedulo cavere debeamus, ne quis ex ratione nostra in errorem misere inducatur, saepinsque memoratus Badensis conventus articulos Ecclesiae doctrinae ac disciplinae minime repugnantes existimet: cunctari et silere diutius non posse probe intelleximus. Ut autem ex Sanctae huius sedis instituto res gravissimi momenti quam consultissime ageretur, eos ipsos articulos accuratissimo examini subiici voluimus. Auditis itaque consiliis acceptisque suffragiis Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ex congregatione Ecclesiasticis negotiis curandis praeposita, nec non re omni per Nos serio ac mature perpensa, motu proprio, et certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine praedictos Badensis conventus articulos cen continentes assertiones attenta praesertim sententiarum complexione falsas, temerarias, erroneas, sanctae Sedis iuribus derogantes, Ecclesiae regimen ac divinam eius constitutionem evertentes, ecclesiasticum ministerium seculari dominationi subiicientes, ex damnatis principiis dimanantes, haeresim sapientes, schismaticas, reprobamus, damnamus, et tamquam reprobatos ac damnatos perpetuo habendos decernimus.

Quod quidem dum pro apostolici officii munere palam ducimus significandum, id reliquum esse videtur, ut Vos paterno affectu alloquamur, qui in partem illius procurationis estis adsciti, cuius plenitudinem Nobis omnino immerentibus Pastorum Princeps tradidit. Quantis, Ven. Fratres, tot inter mala, quibus Catholica Ecclesia miserrimis hisce temporibus fere ubique oppressa ingemiscit, cor nostrum prematur angustiis; quantamque potissimum ex iis quae recens istic in eius perniciem tentata audacissime sunt, cepcrimus tristitiam, satis Vobis coniicere licet, nec adeo necesse est, ut pluribus exsplicemus. Haud sane dissimulamus, dolori nostro non exiguum levamen attulisse, quae de vestra in catholica re tuenda, gregisque fidei vestrae concrediti salute curanda nunciata identidem fuerunt. Idcirco Patri misericordiarum et Deo totius consolationis, qui nos eiusmodi tribulationi obnoxios consolatur in vobis, benedicimus ex animo. Verum non quod opus esse arbitremur, sed quod periculi gravitas id exposcit, non possumus, quin vestri in Religio-

nem soli constantiam excitemus, atque ut quo acriores sunt hostium impetus, eo impensiori studio Dei ot Ecclesiae causam agatis, vehementissime adhortamur. Ad vos maxime pertinet stare pro muro, ne fundamentum aliud ponatur, praeter id, quod positum est, sanctissimumque fidei depositum intemeratum custodire ac tueri. Sed est et aliud depositum, quod firmissime defendere ac integrum servare debeatis, sacrarum scilicet Ecclesiae legum, quibus disciplinam suam ipsa constituit, ejusque praeterea ac huius Apostolicae Sedis iurium, quibus Christi sponsa terribilis ut castrorum acies ordinata consurgit. Agite ergo, V. F. pro loco, quem tenetis, pro dignitate, qua insigniti estis, pro potestate quam accepistis, pro sacramento, quo in solemni inauguratione Vos ipsos obligastis. Exerite gladium spiritus, quod est verbum Dei, arguite, obsecrate, increpate in omni patientia et doctrina, atque ita demum pro Catholica Religione, pro divina Ecclesiae potestate, ac legibus, pro Petri cathedra, eiusque dignitate ac iuribus laborate atque contendite, ut non solum qui recti sunt incolumes perseverent, sed etiam ut qui seductione decepti sunt, ab errore revocentur.

Atque ut huiusmodi curis ac laboribus per Ven. Fratres Nostros suscipiendis optatissimus exitus respondeat, Vos etiam compellamus, quotquot sub illis estis sacrorum ministri, animarum curatores, verbi divini praecones. Vestrum omnino est, una cum iis voluntate coniungi, uno eodemque studio inflammari, una animorum consensione in id conspirare, ut fidelis populus ab omni ingruentium malorum contagione errorisque periculo sit prorsus immunis. Satagite, dilecti filii, ut omnes unum et idem sentiant, doctrinis variis et peregrinis nullo modo se sinant abduci, profanas novitates devitent, fidem catholicam quam cautissime teneant, Ecclesiae potestati et auctoritati perpetuo subsint, atque huic cathedrae, quam Redemtor fortis Jacob posuit in columnam ferream et in murum aeneum adversus Religionis hostes, firmius in dies adhaereant et consocientur. Quos autem in Christi et Ecclesiae lege erudiendos susceperitis, illo simul gravissimo praecepto imbuendos curate, seculi etiam potestati esse parendum latisque ab ipsa legibus de his,

quae ad civilis reipublicae bonum spectant, non solum propter iram sed et propter conscientiam esse obsequendum, nec licere unquam a fide illi debita turpiter deficere. Cum ita populorum animi fuerint opera vestra instituti, tum optime et civium tranquillitati et Ecclesiae utilitati, quae separari invicem nequeunt, consuletis. — Romae, apud S. Petrum XVI. cal. Junias, 1835. Pontificatus Nostri anno quinto.

346.

Nota Nuncii Apostolici apud Helvetes ad Cantonem Argoviensem dd. 26. Junii 1836. contra decretam per eundem Cantonem bonorum Regularium Ordinum civilem administrationem, prohibitamque Regularibus novitiorum susceptionem. *)

Der unterzeichnete apostolische Nuntius kann nicht genug den Schmerz ausdrücken, den ihm die Kunde von den Maassregeln verursachte, welche der Gr. Rath von Aargau gegen die Klöster dieses Cantons getroffen hat. **) Sehr traurig und niederschlagend ist die Lage dieser geistlichen Institute, indem sie zugleich in ihrem Eigenthume hart verletzt und in ihrer Existenz bedroht sind. Wer nur einigermassen die gemeinsten Begriffe des Naturrechtes erwägen will, wird finden, dass das Eigenthumsrecht ein *unverletzliches* Recht ist. Was immer für Grundsätze man befolgen und was immer für eine Regierungsform man einem Staate geben will, jederzeit wird es sich ausweisen, dass das Eigenthumsrecht eine der Grundlagen der Gesellschaft sei, selbst der gesellschaftliche Vertrag muss es anerkennen, wie er es auch wirklich anerkennt. Es ist Ihnen, hochgeach-

*) Schweizerische Kirchenzeitung. Luzern. 1836. p. 492.

**) Conclusum Argoviense in merito Monasteriorum sic sonat: „Zu Begründung und Bezweckung einer guten und getreuen Verwaltung über das Vermögen der Klöster sollen dieselben unter Staats-administration gestellt und ihnen besondere Verwalter und Rechnungssteller gesetzt werden. — Bis zu weiterer gesetzlichen Verfügung bleibe ihnen die Aufnahme von Novizen untersagt."

tete Herren, ebenfalls nicht unbekannt, ein zweiter unwidersprechlicher Grundsatz des Naturrechtes sei der, dass das Eigenthumsrecht seine Natur nicht verändere, ob es nur ein Einzelner besitze oder eine Gesellschaft, die sich aus was immer für einem Zwecke, entweder des Handels, der Gutthätigkeit, oder der Industrie, der Religion, oder selbst des Vergnügens bildet. Der Stand Aargau bestreitet diese Grundsätze nicht nur nicht, sondern anerkennt sie vielmehr auf das Feierlichste, indem er das Eigenthumsrecht der Gemeinden, der Städte, der Dörfer des Cantons, so wie der verschiedenen bürgerlichen Gesellschaften achtet, die sich in diesen Gemeinden, Städten und Dörfern gebildet haben. Werden demnach die Klöster ebenfalls als blosse bürgerliche Gesellschaften angesehen, so muss ihr Eigenthum eben so unverletzbar sein wie dasjenige jedes Bürgers und jeder andern Gesellschaft im Canton. Die Titel, worauf sich das Eigenthum der Klöster gründet, können nicht erschüttert, können auf keine Weise bestritten werden; es sind Schenkungen frommer Fürsten und Gläubigen; es sind Güter, welche die Klöster selbst rechtlich und gesetzmässig erworben haben; sie haben für sich einen vom Staate selber anerkannten ruhigen Besitz von mehrern Jahrhunderten. Gewiss gibt es in der Schweitz keine Besitzungen, die auf bessere Titel gegründet sind; und selbst die Rechtslehre weiss keine stärkere anzugeben.

Bei so gestalteten Sachen wie konnten die Behörden Aargau's ohne allen Anstand eine Verordnung erlassen, wodurch der Klöstern die Verwaltung ihrer beweglichen und unbeweglichen Güter abgenommen und ihr Eigenthumsrecht verletzt, oder besser zu sagen ihnen gänzlich entrissen wird? Das Eigenthumsrecht schliesst als unzertrennlich das Recht der Selbstverwaltung seiner Güter in sich, und man kann dieses nicht verletzen, ohne zugleick das Eigenthumsrecht selbst zu verletzen. Wenn es Umstände gibt, in denen eine Regierung in die Verwaltung eines Privatgutes gesetzlich einschreiten darf: so lässt sich dennech nicht beweisen, dass diese Umstände in Ansehung der Klöster des Aargau's vorhanden seien; und nach allem dem handelt es sich hier

nicht um eine Verwaltung (die sich im gegenwärtigen Fall ohnehin auf keine Weise die Regierung anmassen dürfte), sondern es zeigt sich nur zu klar, dass die Behörden vom Aargau glauben und behaupten, über das Eigenthum der Klöster verfügen zu können, als wenn es Staatsgut wäre. Man würde sehr irren, wenn man glauben wollte, diese Massregeln liessen sich durch das rechtfertigen, was man die höchste Staatsgewalt (dominium eminens) zu nennen beliebt hat; eine Gewalt, welche man der höchsten Behörde im Staate zuschreibt. Allein welch' grosse Ausdehnung man dieser höchsten Staatsgewalt geben und wie vielseitig man dieses Wort drehen will, so wird sich doch niemals in seinem wahren Wortverstande finden, dass es ein Ausnahmsrecht gegen die Körperschaften begründe. Die Körperschaften können unter der höchsten Staatsgewalt nicht übler daran sein, als jeder Privatmann. Selbst Hugo Grotius, der, wie man annimmt, sich der erste des Ausdruckes „höchste Staatsgewalt" bedient hat, macht zwischen Privaten und Vereinen keinen Unterschied; er stellt sie durchaus auf die nämliche Linie. Man kann somit in Ansehung der Korporationsgüter von der höchsten Staatsgewalt keinen Gebrauch machen, ausser in jenen Fällen, wo der Staat befugt ist, in Ansehung der Privatgüter davon einen Gebrauch zu machen, und zwar unter den nämlichen Bedingungen. Oder glaubt man, die höchste Staatsgewalt gebe dem Staate das Recht, über das Eigenthum der Bürger nach Gutdünken zu verfügen? Der Unterzeichnete ist gewiss, dass Sie solche Grundsätze verwerfen, die alles Eigenthumsrecht zernichten und die gesellschaftliche Ordnung und die Gesellschaft selbst vom Grunde aus zerstören würden. Sie werden mit Coccejus, dem gelehrten Ausleger des Grotius, anerkennen, die höchste Staatsgewalt sei nichts anderes, als das Recht, zu regieren, welches wieder nichts anderes ist, als das Recht oder vielmehr die Pflicht, das Eigenthum der Bürger zu beschützen, aber nicht selbes zu Grunde zu richten. Mit dem nämlichen Schriftsteller werden Sie anerkennen, dass dieses dem Eigenthumsrecht entgegentretende Recht im grellen Widerspruche mit den Begriffen des Reichsgesetzes

wäre. Freilich gibt es Fälle, wo man dem Staate die Macht, zuerkennen muss, über das Eigenthum der Privaten sowohl als der Korporationen zu verfügen, allein dieses hat nur alsdann statt, wenn äusserst wichtige Ursachen und Umstände da sind, wo das Heil des Volkes, das jederzeit als das höchste Gesetz angesehen werden muss, jedem Rechte der Privaten und Korporationen Stillschweigen auferlegt. Aber die Grundsätze des Naturrechtes selbst setzen die Bedingnisse fest, unter welchen dieses geschehen darf, und Vattel, einstimmig mit allen Rechtslehrern, erklärt: die Gerechtigkeit fordere, dass die Gemeinde oder der Partieular, denen man ihre Güter genommen, vom öffentlichen Schatze entschädiget werde; und ist der Schatz, wie Vattel hinzusetzt, nicht im Stande, es zu leisten, so sind alle Bürger beizutragen verpflichtet, indem die Lasten des Staates auf gleiche Weise müssen getragen werden. Die Fundamentalmaxime der gesellschaftlichen Ordnung muss sich allezeit erwahren, nämlich: der Regent soll das Eigenthum der gesellschaftlichen Glieder schützen und wahren, niemals aber selbes verletzen. Dieses, hochgeachtete Herren, sind keine kathol. Rechtslehrer, die Ihnen der Unterzeichnete anführt, es sind Protestanten. Er hat sich geflissentlich enthalten, Ihnen die Autorität katholischer Rechtslehrer vorzulegen; er beschränkte sich auf protestantische, indem das Recht, das diese aufstellen und vertheidigen, ein um so grösseres Gewicht bei denjenigen unter Ihnen haben muss, welche die kath. Religion nicht bekennen.

Hier sehen wir also die unveränderlichen Grundsätze des öffentlichen Rechtes; Grundsätze, als reine Ausdrücke des Rechtes und der Gerechtigkeit, von denen man sich nicht entfernen kann, ohne den Grund selbst zu zerstören, auf welchem die Gesellschaft beruht. Nach diesen Grundsätzen muss die Verordnung des Gr. Rathes von Aargau gegen die Klöster beurtheilt werden. Es wäre eine Beleidigung der Beurtheilungskraft und der sittlichen Eigenschaften der Repräsentanten des Aargauischen Volkes, wenn man nur zweifeln wollte, ob sie diese Fundamental-Maximen des Rechtes anerkennen. Aber wie sollten wir uns alsdann ihre Behandlung der

Klöster erklären? Wie, da sie so unverbrüchlich das Eigenthum der Privaten und der bürgerlichen Korporationen gewährleisten, warum sollten sie denn nicht auch das nämliche für das kirchliche Eigenthum und für die religiösen Korporationen thun? Haben vielleicht die Civilbehörden ein besonderes Recht über das Eigenthum der geistlichen Korporationen? Allein der Unterzeichnete hat Ihnen schon bewiesen, dass das allgemeine Recht zwischen Korporation und Korporation, so wie zwischen Eigenthum und Eigenthum keinen Unterschied mache. Wir wollen sehen, welches die Grundsätze der protest. Rechtslehre über diesen Gegenstand seien. Schmaltz sagt: (Handbuch des kan. Rechtes in den evang. Kirchen Deutschlands. p. 209) „Die Kirchengüter gehören der Kirche, sie gehören so wenig dem Staate als die Güter jeder andern Gesellschaft." Lange vor ihm behauptete schon der berühmte Böhmer in seinem Werke: (Kirchenrecht der Protestanten T. 3. l. 3.) „Wie derjenige sich gegen die ersten Grundsätze der Rechtslehre verfehlen würde, der dem Souverän ein absolutes Recht über die Güter der Universitäten einräumen wollte, eben so würde sich gegen die nämlichen Grundsätze derjenige verstossen, der ein absolutes Recht über das kirchliche Eigenthum der Republik oder dem Fürsten zuschreiben wollte." Das Eigenthum der Kirche darf nicht ausser dem allgemeinen Recht gesetzt werden; es ist unverletzlich wie jedes andere Eigenthum, ja es ist es noch mehr, den es ist geheiligt. Die Gläubigen haben es zu einem heiligen Zweck der Gottheit geopfert, und eben darum ist es, wie das Concil von Toledo im J. 638. sich ausdrückt, unter der Zahl geheiligter Dinge, und gehört der Kirche. Dieses Eigenthum steht unter dem Schutze der Kirche, und eben in dieser besondern Hinsicht hat der Unterzeichnete in der Eigenschaft als Stellvertreter des obersten Kirchenhauptes nicht nur das Recht, sondern selbst die Pflicht, gegen jeden Eingriff in dasselbe Einsprache zu thun. Die Concilien haben die strengsten Gesetze gegeben gegen die Verletzung des Eigenthums der Kirche. Der Unterzeichnete will nicht weitläufiger diesen Gegenstand entwickeln. Er beschränkt sich, zu erinnern, dass die Unverletzlichkeit der

Gott geweihten Dinge von allen alten Völkern und von allen, selbst in den Finsternissen der Abgötterei wandelnden Nationen anerkannt worden. Die Aegyptier, die alten Römer, die Griechen, Araber, Perser, Indier, die Celten, Britten, Germanen achteten die Verletzung oder den Raub der einer Gottheit geweihten Dinge für Gottesraub. Das Licht der Vernunft allein genügte ihnen, um einzusehen, dass jede der Gottheit geweihte Sache unverletzlich und heilig seyn müsse. Allein wenn wir auch keine andern Titel hätten, würde uns die Bundesverfassung genugsamen Grund an die Hand geben, dass das Eigenthum der Klöster dieses Cantons unverletzbar sein müsse. Der XII. Artikel des Bundesvertrages könnte hierüber nicht deutlicher und entschiedener sich ausdrücken: er sagt: „die Existenz der Klöster und Kapitel, so viel es von den Cantonsregierungen abhängt, ist garantirt." Dieser Bundesvertrag ist es eben, der die Grundlage des Bundes ausmacht; er ist jener Vertrag, den der Stand Aargau seit 1815. unverbrüchlich zu beobachten alle Jahre beschworen hat.

Es ist nicht nothwendig, dass der Unterzeichnete noch stärker heraushebe, wie sehr die gegen die Klöster ergriffenen Maassregeln im Wiederspruch stehen mit dem vorerwähnten Artikel des Bundesvertrages, indem die Grundsätze, die er in Ansehung des Eigenthumsrechtes schon entwickelt hat, die Sache bis zur Evidenz aufhellen; er erlaubt sich, nur noch einige Worte beizusetzen über das Verbot, das über die Klöster erging, keine Novizen anzunehmen. Dieses Verbot kann für nichts anders angesehen werden, als für eine wahrhafte Aufhebung der Klöster; denn wenn es andauern soll, so müssen diese religiösen Gemeinden erlöschen. Wer könnte sich vorstellen, dass eine Civilbehörde sich derlei Massregeln, ohne Dazwischenkunft der kirchlichen Behörde, erlauben sollte? Die religiösen Gemeinden bestehen durch die Kirche und für die Kirche: nun ist es gewiss, dass ihre kanonische existenz nur durch die kirchliche Autorität bedingt ist, so muss auch angenommen werden, dass sie ohne kirchliche Behörde nicht aufgehoben,

oder ihnen die Bedingnisse ihrer Existenz entzogen werden können. Mit welchem Rechte wollte man der Kirche ihre religiösen Institute entziehen? und dieses, nicht nur ohne ihre Autorität, sondern wo man eben ihre Autorität mit den Füssen tritt. Die Errichtung religiöser Institute ist geheiliget, geheiligt ist ihre Existenz, und die Verrichtungen, wozu sie bestimmt sind, sind heilig; sie selbst hängen von der Kirche ab, sie gehören der Kirche, und ohne die kirchliche Behörde können sie nicht unterdrückt, noch ihrer Existenz Hindernisse gelegt werden. Letztlich wird noch bemerkt, wie sowohl dieser Theil des Beschlusses des Gr. Raths von Aargau, als auch der andere in Betreff des Eigenthums der Klöster, mit der Bundesacte im offenbaren Widerspruch stehen. Die Bundesacte gewährleistet die Existenz der Klöster, und die in Frage liegende Verordnung spricht das Todesurtheil über sie aus, indem sie ihnen die nothwendige und unerlässliche Bedingniss ihrer fernern Existenz, nämlich die Aufnahme von Novizen, entzieht. Diese Massnahme muss als ein neuer Bruch der Bundesacte und der Pflichten, die selbe dem Stande Aargau auferlegt, angesehen werden. Demnach im Namen der geschwornen Treue, im Namen der Gerechtigkeit und der Religion reklamirt der Unterzeichnete gegen den Beschluss des Grossen Raths, im festen Zutrauen, die Behörden Aargau's werden die Gerechtigkeit dieser Reklamation anerkennen, und sich bestreben, zu thun, was Rechtens ist. — Schwyz, den 26. Juni 1836. Der Apost. Nuntius.

347.

Epistola Cardinalis Secretarii Status nomine Summi Pontificis Capitulo Trevirensi in Borussia dd. 15. Martii 1837. exarata de sensu Brevis Pii VII. quoad electionem personae Regimini Civili haud ingratae in Antistitem a. 1821. ad idem Capitulum dimissi. *)

Illmi Domini. Allatae sunt SSmo Dno nro Gregorio div. prov. Papae XVI. literae a vobis datae — quibus epi-

*) *Rheinwald*, Acta hist. eccles. a. 1837. p. 615.

stolae a sacrae memoriae Pontifice Pio VII. ad istius Ecclesiae Decanum et Canonicos die 16. Julii 1821. missae sensum exquirebatis. *) Pergratum quidem accidit Sanctitati Suae percipere ex iis, qua vos cura in Ecclesiae libertatem, et in grave electionis mox peragendae negotium afficiamini. Nec sane distulit, quin accuratam de quaestionibus a vobis in eam rem propositis deliberationem de more committeret. Hinc omnibus mature perpensis, reliquum iam est, ut Pontificio nomine declaram vobis, quomodo commemorata superius epistola sit intelligenda. Atque illud inprimis certissime tenendum, per huiusmodi epistolam nihil omnino fuisse detractum neque canonicae electionis formae, neque vero ac proprio eligendi iuri, quod per literas apostolicas sub plumbo datas 14. Cal. Aug. 1821. isti Capitulo adsertum est. Id namque manifeste liquet non modo ex iis, quae has literas vel praecesserunt vel prosecuta sunt; verum etiam ex toto contextu ipsius epistolae, de cuius sensu ortam inter vos discrepantiam significastis. Neque enim ad rem sapientissimus ille Pontifex vestram religionem, prudentiam, integritatem in electionis negotio tantopere excitasset, neque insuper apposite in memoriam vobis revocasset, quae Tridentina Synodus singulis ad promotionem praeficiendorum quacunque ratione operam suam conferentibus disertissime praescripsit, si quidquam vestris partibus vestroque in eligendo iuri adimere voluisset. Alterum deinde certum aeque vobis haberi debet, ex mente praedictae epistolae ad Regni et Sacerdotii concordiam fovendam vestri muneris esse, illos ceteris anteferre, quos praeter alias dotes Eccl. Jure requisitas prudentiae quoque laude praestare, nec Serenissimo Regi minus gratos existere noveritis, deque his curandum, ut vobis constet, antequam solemnem electionem ex Canonum regulis peragatis. Jam vero quemadmodum de ceteris dotibus vobis est inquirendum, ita plane ad ipsius epistolae sensum de persona, quae Regi minus grata nequaquam sit, investigandum, rem scilicet ex publicis notitiis, ex privatis percunctationibus, vel apud ipsum Regium Mi-

*) Vid. Monum. 301.

nisterium caute ac solerter adhibitis et ex Gubernii praeterea factis arguendo. — Habetis ex his absolutum ad id, quod postulastis, responsum. Unum iam superest, ut Dei et Ecclesiae causam acturi in eum consilia et studia vestra intendatis, quem gerendo pastorali muneri maxime idoneum fore confidatis. Quod equidem pro maxima, quam Sanctitas Sua gerit in hanc rem sollicitudine, vobis etiam atque etiam commendo. — Romae, die 15. Martii 1837. A. Card. Lambruschini.

348.

Nota Nuncii Apostolici ad Cantonem Sangallensem dd. 19. Febr, 1838. Iura et proprietatem Ecclesiae in abolitione Monasterii et occupatione bonorum eiusdem per memoratum Cantonem decretis laesa reclamans. *)

Der unterzeichnete apostolische Nuntius vernimmt so eben ein Decret, das der Grosse Rath des Cantons St. Gallen kath. Theils unterm 9. d. M. erlassen, und durch welches er sich ermächtigt geglaubt hat, die Klostercorporation Pfäfers als aufgehoben erklären und sofort über dessen Vermögen verfügen zu können. Eine solche Schlussnahme musste den Unterzeichneten nicht weniger betrüben als überraschen, in Betrachtung sowohl des Eingriffes in die Rechte der Kirche, der daran liegt, als der Verletzung der Bundesacte in dem Art. 12. welcher den Fortbestand und das Eigenthum der Klöster ausdrücklich gewährleistet. In seiner Eigenschaft als Stellvertretter des Oberhaupts der Kirche konnte der Unterzeichnete nicht umhin, in Erfüllung einer heil. Pflicht seines Amtes, gegen die Verletzung eines Rechtes zu protestiren, welches ausschliesslich nur der Kirchengewalt zukommt. Und damit diese Einsprache nach ihrer wahren Beschaffenheit, gestützt auf unwidersprechliche Gründe, wie sie es ist, aufgefasst werde, glaubt er dieses Recht aus seinem wahren Gesichtspuncte nachweisen zu sollen.

---

tribunalis a Gubernio approbata. Ex ipsa vero manifestum est; tribunal Guberniiquo praesides in dilectum filium Ramirez eo consilio severius egisse, ut alios a similibus reclamationibus deterrerent. Atque hinc probe perspicitis, Ven. fratres, qualis futura sit Ecclesiae conditio in Hispaniae regno, si ne literis quidem ad Gubernium datis liberum fuerit contra ea reclamare, quae adversus Ecclesiae ius a laica ipsa potestate perpetrantur. Vae autem nobis, si in tanta inibi commotione sacrarum rerum, et oppressione ecclesiasticae libertatis non opponamus murum pro domo Israel, sed gemitus nostros intra secretae expostulationis limites ulterius contineamus! Urget nos etiam studium, quo tenemur, paternae caritatis erga Catholicam Hispanorum gentem de Ecclesia et de Sancta hac Sede bene admodum meritam, quam ex memorata rerum ecclesiasticarum perturbatione in Religionis periculum adductam conspicimus.

Igitur attollimus iterum in hoc consessu vestro apostolicam vocem, Ven. fratres, et testes invocando coelum et terram, de omnibus, quae in Hispania contra Ecclesiae ius gesta sunt, hodieque geruntur, etiam atque etiam vehementer expostulamus. Querimur nominatim de usurpato a laicis qualicunque iudicio in rebus quomodolibet respicientibus fidei doctrinam, quam ex mandato Christi Jesu Domini Dominorum et Regis Regum, et potestate saeculi frustra contradicente, ipso Apostolorum aevo in Hispaniis annunciatam postmodum sacri pastores inibi sub auctoritate ac ductu Apostolicae huius Sedis dilatarunt ulterius, strenueque in magna publicarum rerum varietate tutati sunt, atque ad nostra haec tempora incorruptam custodierunt. Querimur violatam Supremi nostri Apostolatus dignitatem in persona Vicesgerentis Nuntiaturae nostrae, nec non in Tribunali Rotae, illic Sanctae huius Sedis indulgentia constituto ecclesiasticis causis, in quibus ad Sedem ipsam appellatum fuerit, cognoscendis, quarum quidem appellationum ius suo Primatui cohaerens Romanus Pontifex vel primis Ecclesiae saeculis in Hispania exercuit, *) quarum etiam cognitionem legatis suis

*) Ita S. Stephanus Papa appellationem suscepit Basilidis

in Hispaniam euntibus identidem in peculiaribus causis delegavit. *) Querimur de pluribus Ven. fratribus a suo cuiusque grege divulsis, in quo eos Spiritus S. posuerat Episcopos regere Ecclesiam Dei, ac de illorum Vicariis a demandata sibi procuratione saepius prohibitis; nec non de Canonicis vacantium Ecclesiarum temere inductis, aut aperta etiam vi adactis, ut munus Vicarii Capitularis viro a Gubernio in Episcopum nominato deferrent, contra sanctiones Conc. Lugdunensis 2. (Cap. 5. de Elect. in VI.), aliis subinde constitutionibus, et recenti memoria notissimis Pii VII. Decessoris nostri literis (5. Nov. 1810. ad Cardin. Maury, 2. Dec. 1810. ad Averardum Carboli Eccl. Florentinae Vicar Capitularem, et 18. Dec. 1810. ad Paulum d' Astros Vicar. Cap. Eccl. Parisiensis) confirmatas. Querimur Religiosos viros e coenobiis depulsos, in quae evangelicae perfectionis consilia secuturi sese receperant; et secularem pariter Clerum multimodis afflictum, et in rebus quoque ad sacrum munus suum pertinentibus divexatum. Querimur Ecclesiae patrimonium maxima iam ex parte usurpatum, perinde ac si pertinuerit illud ad publicam Nationis potestatem, et immaculata Christi sponsa non habeat ex nativo iure suo facultatem acquirendi possidendique bona temporalia, atque adeo uti invasores alieni iuris reprehendendi fuerint maiores nostri, qui bona eiusmodi sub ethnicis etiam principibus possederunt, et ubi decretis ab his editis ablata Ecclesiae fuerant, illorum restitutionem tamquam ex iustitiae lege sibi debitam a succedentibus Imperatoribus acceperunt. **) Querimur decreta, actusque ceteros, quibus Ecclesiae et per-

---

Asturicensis et Martialis Emeritensis, de qua S. Cyprianus epist. 68.

*) Ita in causa presbyteri cuiusdam, et duorum Episcoporum, de qua exstat S. Gregorii M. epistola 45. libri 13. ad Joannem defensorem.

**) Ex Constit. Imp. Constantini et Licinii apud Euseb. lib. 10. H. E. cap. 5. et apud Lactant. de Mort. persecut cap. 48. Vide etiam Constit. Constantini apud Eus de vita Const. l. 2 c. 39.

sonarum ecclesiasticarum immunitas Dei ordinatione et canonicis sanctionibus constituta (C. Trid. Sess. 25. c. 20. de ref.) contemnitur; et infando ausu impetitur sacra potestas ad Religionis negotia pertinens, quam Ecclesia a divino suo conditore plenam accepit, et in media etiam secularium principum contradictione libero prorsus iure exercendam. Querimur templa Domini Sabbaoth, Sanctorum imagines, supellectilem, ornamenta, et sacratiora ipsa tremendi Sacrificii instrumenta in profanum usum conversa. Querimur denique nefariós libros huc illuc in catholico Regno magistratibus haud semper ignaris disseminatos, et ipsos interdum haereticae pravitatis magistros a simplicium fide corrumpenda non interdictos, atque hinc crescente improborum licentia functiones divini cultus nonnumquam derisione, tumultu, blasphoemiis, et sacerdotum caedibus impune foedatas. Juxta haec igitur pro sollicitudine omnium Ecclesiarum, qua Deo auctore distringimur, omnia et singula, quae sive in his, sive aliis in rebus ad Ecclesiae ius pertinentibus a Madritensi gubernio seu ab inferioribus quibusque magistratibus decreta, gesta, seu quomodolibet attentata sunt, auctoritate nostra Apostolica reprobamus, et decreta ipsa cum omnibus inde consecutis eadem auctoritate cassamus, abrogamus, et irrita prorsus nulliusque roboris fuisse ac fore declaramus. Ipsos autem illorum auctores, qui filiorum Ecclesiae Catholicae nomine gloriantur, obtestamur atque obsecramus in Domino, ut aperiant tandem aliquando oculos super vulnera eidem beneficentissimae Matri illata; insuper et meminerint censurarum poenarumque spiritualium, quas Apostolicae Constitutiones et Oecumenicorum Conciliorum decreta contra invasores iurium Ecclesiae facto ipso incurrendas infligunt, atque adeo misereantur suae quisque animae huiusmodi vinculis invisibilibus constrictae, ac recogitantes, quoniam iudicium durissimum his, qui praesunt, fiet, serio considerent summum futuri eiusdem iudicii praeiudicium esse, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegetur. (Tertull. Apolog. cap. 39.).

Interea Ven. fratribus Archiepiscopis Hispaniarum vehementer in Domino gratulamur pastorale studium, quo sive permanerent in suis dioecesibus, sive inde discedere compulsi, omnes ferme sollicitam dedere operam tuendae, quoad per eos fieri potuit, Ecclesiae causae, nec destiterunt seu voce, seu literis, tum per seipsos, tum saltem per alios admonere gregem officii sui, eumdemque adversus circumstantia Religionis pericula praemunire. Debito etiam laudum praeconio prosequimur reliquum fidelem Clerum, quod labores in id suos conferre pro viribus non praetermiserit. Collaudamus pariter catholicum ipsum populum, cuius pars longe maxima in veteri sua erga Episcopos et inferiores pastores canonice institutos reverentia perseverat. Hinc vero firmiorem erigimur in spem fore, ut dives in misericordia Dominus super vineam illam suam propitiatus respiciat. Vos interim pergite, ut certe facitis, Ven. fratres, una nobiscum assiduas pro illis orationes et supplicationes Deo per Jesum Christum offerre, atque invocare clementissimum interventum Immaculatae Deiparae Virginis Hispaniarum Patronae, nec non beatos coelites, qui ea in regione vixerunt, ut quemadmodum ipsi olim virtute, doctrina, laboribus, aut fuso etiam in fidei testimonium sangvine patriam illam suam sanctificarunt et illustrarunt, ita nunc praesidio adsint et pia ad Dominum deprecatione implorent popularibus suis misericordiam et gratiam in auxilio opportuno, et omnes, quibus premuntur, calamitates et pericula potenter avertant.

355.

Litera Cardinalis Secretarii Status ad Capitulum Limburgense dd. 17. Sept. 1841. electionem Antistitis per Capitulum factam ideo irritam esse declarans, quod Civile Gubernium in actum electionis tantopere influxerit, ut libertatem eligentium fere perimeret. *)

Pervenerunt aliquot abhinc mensibus ad SSmum Dnum Nrum Gregorium div. prov. Papam XVI. acta super electione novi Episcopi istius Cathedralis Ecclesiae vacantis iam a die

*) Der Katholik. 1842. Januar. Beil. p. 17.

9. Aprilis superioris anni. Negotiorum copia, quae ad Apost. Sedem ex universo catholico orbe assidue deferuntur, aliaeque graves causae prohibuerunt, quominus debitum de illis examen citius, ut in votis fuisset, institueretur. Re modo soluta Sanctitatis Suae mentem pro commisso mihi munere nil moror vobis significare. Molestum sane fuit SSmo Dno intelligere, quantopere in ea electione peragenda peccatum sit contra ipsius necessariam libertatem propriamque indolem, adeoque contra sanctiones tum iuris communis ecclesiastici, tum peculiaris constitutionis a Leone XII. a. 1827. in id vulgatae. Ex memoratis namque actis compertum est: quemadmodum deputatus a Ducali Gubernio in electionis, de qua agitur, negotio commissarius postquam praeter sensum omnino enunciatae Constitutionis praesens interfuisset confectioni elenchi Candidatorum, atque insuper pridie ante electionem Seren. Ducis voluntatem declarasset de delendis exinde DD. Bohn, Halm, et Heimann, tamquam ipsi Duci minus gratis: primum quidem retulerit, Celsitudinem Suam satisfacere indicasse desiderio Domini Felix, qui iam in Catalogi confectione ab Episcopali officio ob provectiorem aetatem alienum se praebuerit; deinde eodem nomine similia ferme addiderit circa DD. Capitulares Broenner, Haas, et Schütz; tandem in haec plane verba concluserit, scipsum nempe a Cels. Principe speciale hoc accepisse mandatum, manifestandi Capitulo, quod in electione crastina die perficienda ex duobus Candidatis, qui ab eodem Capitulo digni et idonei iam fuerint existimati, nempe D. Decano rurali et parocho Petro Mohr, aut parocho Petro Josepho Blum, unum in Episcopum eligere vellent. Porro, ut alia praeteream, quae in adhibitam per Civile Gubernium huiuscemodi rationem animadverti merito possent, illud ex authentico electionis instrumento apertissime eruitur: Seren. Ducis Nassoviensis auctoritate ac speciali mandato eo demum Limburgense Capitulum fuisse adactum, ut inter duos tantummodo eosque praesignatos electionem suam contineret. Id autem quo minus cum sacrorum canonum praedictaeque constitutionis praescripto cohaeret, eo magis electorum libertatem

laedere, et celebratam laicae potestatis abusu electionem redolere nemo unus non videt. — — —

Itaque cum his omnibus inspectis, diligentique examine instituto, Congregatio peculiariter ad hoc a SSmo Dno deputata indicaverit, peractam per vos electionem nullitatis vitio non uno ex capite laborare, imo vero omni canonicae electionis forma destitui, potuisset utique Sanctitas Sua nulla alia interposita mora viduitati Limburgensis Ecclesiae consulere, cum ipsi motu proprio assignans Antistitem, quem magis idoneum existimaret. Nec profecto obstitissent ea, quae art. 3., pluries allatae Pontificiae Constitutionis habentur, quippe indulgentiae et speciali gratiae locus esse non potest, ubi tam multipliciter tamque culpabiliter electionis ratio et ipsius Constitutionis praescriptio fuerint subversa. Nihilo tamen minus SSmus Dnus ex singulari benignitate in exemplum non afferenda censuit indulgendum, ut Capitulum istud novo Candidatorum elencho ante confecto ad aliam electionem canonica quidem methodo valeat procedere; Limburgensis autem fidelis gregis necessitate permotus una pariter statuit, rem quantocius ab ipso Capitulo perficiendam, ita nimirum, ut, nisi intra tres menses ab harum literarum receptione peractae electionis instrumentum ad Apost. Sedem missum fuerit, statim devolutionis iure ad canonicam novi Episcopi institutionem sit progressurus. — Ceterum SSmus sicuti merito confidit, per Sereniss. Nassoviensem Ducem cautum omnino fore, ne suo nomine electionis libertati ullatenus detrahatur, ita vos ad Trid. Synodi mentem (Sess. 24. cap. 1. de ref.) vehementer per me hortatur ac monet, ut sanctitatem concrediti curae vestrae negotii serio perpendentes inprimis memineritis, nihil vos ad Dei gloriam et populi salutem utilius facturos, quam si bonum pastorem et Ecclesiae isti gubernandae idoneum promoveri studeatis, simulque alienis peccatis communicantes mortaliter peccaturos, nisi quem digniorem et ecclesiae magis utilem iudicaveritis, non quidem precibus vel humano affectu aut ambientium suggestionibus, sed eius exigentibus meritis praeficiendum diligenter curetis. Romae 17. Sept. 1841. A. Cardinalis Lambruschini.

356.

Imperatorem Russorum per epistolam dd. 7. April. 1841. denuo obsecrat Summus Pontifex, ut Catholicos sui Imperii libere ipsorum Religionem profiteri sinat. *)

Gregorius XVI. Magna cum animi voluptate parique observantia accepimus literas ab Imperiali et Regia Maiestate tua ad nos missas die 3. Dec. superioris anni per alterum ex Imperii Consiliariis, quem immatura morte in hac urbe sublatum nuper indoluimus. Cumque una simul allata fuerit epistola, qua Ven. frater Ignatius Ludovicus tunc Episcopus Megareusis doctrinae suae integritatem, praecipuamque nobis et Apostolicae Sedi devotionem profitebatur, nil amplius distulimus, quin ipsum ad Metropolitanam Ecclesiam Mohiloviensem promovendum decerneremus: quod reapse in subsequuto mox Consistorio calendis Martii perfectum est. Modo vero scripsimus ad Ven. fratrem Joannem Marcellum Episcopum Podlachiensem, hortantes nimirum ac svadentes, ut Ecclesiam suam sponte dimittat. **) Ita porro consentaneus ex

*) *Morell*, Allocution Gregors XVI. v. 22. Jul. 1842. Einsiedeln. 1842. p. 149.

**) Breve ad Joannem Marcellum Gutkowski Eppum Podlachiensem. Memores officii tuendorum Ecclesiae iurium, quod nobis impositum est, utprimum accepimus illatam superiori anno Fraternitati tuae calamitatem, expostulationes nostras iis, ad quos pertinebat, deferendas curavimus. Quod deinceps etiam praestare data occasione non praetermisimus. At dolentes cogimur significare iteratas in id a nobis curas exitu, quem optabamus, omnino caruisse. Quemadmodum enim Imperiali ac Regio nomine declaratum non semel fuit, suscepta in te duriora consilia ab causis Religionis negotio prorsus extraneis promanasse: ita nil plane imminuta est adversa de te ipso potentissimi totius Russiae Imperatoris ac Poloniae Regis opinio. Hinc porro eo rem devenisse non sine maxima cordis aegritudine sentimus, ut stante huiusmodi Maiestatis suae aversione, tuus in Podlachi-

parte nostra respondit exitus votis Maiestatis tuae peculiari semel atque iterum missione patefactis. Hinc autem iure confidimus fore, ut vota item nostra pro Catholicis Imperiali ac Regiae tuae dominationi permagno numero subjectis eum consequantur effectum, de quo data ipso tuo nomine fides dubitare non sinit. Et sane cogimur hoc loco, Sereniss. ac Potentissime Imperator et Rex, haerentem cordi no-

---

ensem Sedem reditus desperandus procul dubio videatur. Interim autem elapso iam anno ab violenta tua absentia, simulque impedita penitus tibi Episcopali administratione, probe noscis, quo maiori in dies detrimento grex fidei tuae creditus afficiatur. Proinde studio pacis ducti, de tua, et cui praees, dioeceseos incolumitate solliciti, nec non illecti spe desponsi nobis ab Ser. ac Pot. Imperatore et Rege praesidii in levamen malorum, quibus Catholica Religio in vastissimis Russiae et Poloniae regionibus dudum affligitur, hortatores ac svaseres tibi, Ven. frater, esse debemus ad Podlachiensem Ecclesiam sponte abdicandam. Nec profecto dubitamus, te nostris hisce consiliis, quae Apostolica suggerit caritas, facile obsecuturum. Pro ea namque, qua praestas, sapientia certe non ignoras, quod S. Augustinus Africanorum Episcoporum nomine ad Marcellinum Tribunum scribebat, cum Antistites illos paratos testaretur ad Episcopatum dimittendum: „Episcopi autem propter christianos populos ordinamur. Quod ergo christianis populis ad christianam pacem prodest, hoc de nostro Episcopatu faciamus." Cumque praeterea non minus virtute polleas, religioni tibi duces Redemtori nostro sacrificium istius humilitatis offerre, quo ceteroquin amplissimam in coelis mercedem promerebis. Quod ad nos attinet: persvasum Fraternitati tuae esse volumus, nihil unquam omissuros ad te quibuscumque rebus liceat iuvandum, et firmissimos usque fore in paterna propensione, cuius veluti certum pignus apostolicam benedictionem tibi peramanter impertimur. Datum Romae die 7. April. 1841.

stro amaritudinem angoresque gravissimos, quibus indesinenter huiusmodi de causa divexamur, Maiestati tuae aperte significare. Licet in ea conditione molestissima simus, ut nec aliquem isthic habeamus, qui nostram sanctaeque huius Sedis personam gerat, nec facultas detur cum Episcopis vastissimae ditionis tuae circa Ecclesiae negotia libere communicandi, minime tamen nos latet, quot quantisque ibidem malis Catholica Religio iam dudum prematur. Id quidem pro ea, quam gloriae tibi ducis, aequitate animique magnitudine voluntati tuae prorsus alienum arbitramur. Attamen ne singula percenseamus, id unum dicimus, Potentissime Imperator, quod aliunde exploratum satis est, talem nempe in variis dissitisque Imperii ac Regni Provinciis agendi rationem adhiberi consvevisse, quae certe Cath. Ecclesiae incolumitati ac commodis plurimum adversatur. Haec profecto ratio ut exspectatum tamdiu nobis finem quantocius habeat, vel unico supremae auctoritatis tuae nutu vales efficere. Atque huc omnino spectant curae, postulationes, precesque etiam nostrae, quibus Apostolici ministerii sollicitudine inpulsi apud Imperialem et Regiam Majestatem tuam maiorem in modum vehementer instamus. Prae ceteris autem miserrimos Graeci ritus Catholicos iustitiae ac clementiae tuae studiosissime commendamus. Movet enim nos planeque conturbat asperrima eorum conditio, unde in proximum discrimen adductam sentiunt suam in catholica unitate constantiam. Illud tantummodo, Serenissime Imperator ac Rex, efflagitamus, ut libera ipsis et integra stet eius fidei professio, in qua nati sunt atque instituti, cuique hactenus adhaeserunt absque ullo detrimento externae tranquillitatis et concordiae, quae ad Imperii bonum maxime confert. Merito proinde ab excelsa benignitate tua validissimum praestolantur praesidium, quo ab tanta calamitate liberentur. Hanc et nos fiduciam de re, quae inprimis animum nostrum urget, ultro foventes, sane non praetermittimus multas Majestati tuae habere gratias pro desponso nobis studio, quod utique maximi facimus, ad temporalium nostrarum ditionum integritatem tutandam. Quod superest, Deum suppliciter obsecramus, ut te, potentissime Imperator et Rex, amplioribus

augeat largitatis suae donis, perfectaque nobiscum caritate coniungat. Datum Romae die 7. Aprilis 1841.

357.

Encyclica Summi Pontificis ad Eppos orbis catholici dd. 22. Febr. 1842. qua adversus decreta in Regno Hispaniarum in praeiudicium Ecclesiae Cath. vulgata denuo apostolicam vocem suam attollit, simulque preces pro afflicta Ecclesia Hispanica indicit. *)

Gregorius XVI. Catholicae Religionis causa a Supremo Pastorum Principe et amantissimo humani generis Reparatore Christo Jesu humilitati nostrae commissa, et caritas illa, qua omnes populos, gentes, nationes prosequimur, ita nos intime premunt et urgent, ut nil unquam praetermittere possimus, quod ad fidei depositum integre custodiendum, et ad animarum perniciem propulsandam pertinere intelligamus. Jam vero compertissimum est, quo statu sint Religionis res in Hispania, quantoque cum animi moerore tristissimas Ecclesiae eo in Regno vicissitudines pluribus abhinc annis lugere cogamur. Equidem ille populus, quin ab sanctissimis patrum suorum documentis desciverit, orthodoxae fidei est summopere addictus, et Clerus maxima ex parte strenue praeliatur praelia Domini, Sacrique Antistites fere omnes licet miserandum in modum vexati vel etiam expulsi et gravissimis aerumnis affecti in proprii gregis salutem curandam pro viribus incumbunt. Attamen perditionis homines, nec numero pauci, ibidem reperiuntur, qui nefaria inter se societate coniuncti, tamquam fluctus feri maris despumantes confusiones suas, teterrimum adversus Christum et Sanctos eius bellum gerunt, et maximis iam Catholicae Religioni damnis illatis eam, si fieri posset, evertere impie commoliuntur. Nos profecto pro ministerii nostri munere Apostolicam vocem attollentes, gravissima a Madritensi Gubernio Ecclesiae inflicta vulnera publice lamentari non praetermisimus; actaque omnia a Civili potestate contra ipsius Ecclesiae jura et leges edita plane nulla et irrita declaravi-

*) Fasciculi Eccl. Literarii. Pestini. 1842. I. p. 239.

mus. Omni praeterea doloris significatione atrocissimas iniurias ac calamitates Ven. fratribus illius Regni Episcopis et sacris utriusque Cleri personis irrogatas, necnon abominationem in loco sancto constitutam et ecclesiastica bona sacrilege direpta, divendita, et publico aerario adiudicata vehementer conquesti sumus, in memoriam una simul revocantes poenas ac censuras, quas Apostolicae Constitutiones et Oecumenica Concilia ipso facto incurrendas iis infligunt, qui talia facinora patrare non reformidant. Atque hoc apostolici nostri muneris officium semel et iterum obeundum curavimus binis Allocutionibus ad Ven. fratres nostros S.R.E. Cardinales habitis in Consistorio Cal. Febr. 1836. et Cal. Mart. 1841. quas quidem typis edi iussimus, ut scilicet apostolicae nostrae sollicitudinis ac reprobationis publicum illudque perenne monumentum existeret.

In eam sane spem erigebamur fore, ut nostra haec vox, quae ex afflictissimo communis omnium fidelium Patris corde erumpebat, exaudiretur; atque iteratis nostris monitis ac expostulationibus dura istiusmodi contra Catholicam Religionem persecutio cessaret. Hac certa de causa dies noctesque ad Crucifixi pedes provoluti plurimas inter lacrimas et gemitus in humilitate cordis nostri orare numquam intermisimus, ut pro immensa sua misericordia laboranti Hispanicae Nationi adiutricem dexteram porrigere, et errantibus, ut in viam possent redire iustitiae, veritatis suae lumen ostendere vellet. At inscrutabili divino iudicio nullus adhuc spei nostrae respondit eventus: imo vero ita per vastissimas eas regiones mala in dies augeri conspicimus, ut Catholicae Religioni extremum veluti excidium palam intentetur. Silentio enim praetereuntes alia permulta satis explorata, quae contra sanctissimas Ecclesiae leges atque huius Apost. Sedis iura recentissime decreta, vel etiam perfecta ibidem sunt, eo sceleris deventum esse dolemus, ut diabolica sane malitia exsecrabilis lex supremis Regni Comitiis proposita fuerit, in id potissimum tendens, ut legitima Ecclesiastica auctoritas omnino tollatur, impiaque statuatur opinio, laicam potestatem supremo suo iure Ecclesiae ipsi eiusque rebus dominari. Et quidem ea in lege constituitur, ab Hispanica gente nul-

iam huius Apostolicae Sedis rationem habendam, omnem cum ipsa communicationem pro quibusvis ecclesiasticis gratiis, indultis, concessionibus intercipiendam, eosque omnino puniendos, qui huiusmodi praescripto adversentur. Item sancitur, ut literae Apostolicae, aliaque rescripta ab sancta eadem Sede profecta, quin ex Hispania fuerint petita, non solum minime serventur, omnique careant effectu, verum etiam ab iis, ad quos pervenerint, civili auctoritati brevissimo temporis intervallo denuncientur, ut per eam dein Gubernio tradantur, poena quoque in huiusce praescriptionis violatores statuta. Praeterea decernitur, matrimonii impedimenta Regni Episcopis fore subjecta, donec civilium legum codex inter matrimonii contractum et sacramentum discrimen ponat; neque ullam de religiosis rebus causam ab Hispania Romam mitti posse, et nullo unquam tempore vel nuntium vel huius S. Sedis Legatum illic admissum iri cum potestate, gratias sive dispensationes licet gratuitas concedendi. Quid plura? Excluditur plane sacratissimum Romani Pontificis ius confirmandi vel reiiciendi Episcopos in Hispania electos; atque adeo exilii poena mulctantur tum Presbyteri ad aliquam Episcopalem Ecclesiam designati, qui ab Sancta hac Sede vel confirmationem vel apostolicas literas petierint, tum Metropolitani, qui Pallium ab ipsa postulaverint. Post haec mirum profecto, quod ipse Romanus Pontifex tamquam Ecclesiae centrum haberi ea in lege asseratur: cum quo tamen communicationi locus non relinquitur, nisi intercedente venia atque inspectione Gubernii.

In hac tanta Catholicae Religionis per Hispaniam perturbatione ingravescentia ibidem mala, quantum in nobis est, compescere, nostramque opem carissimis illis fidelibus, qui iamdiu supplices ad nos tendunt manus, ferre summopere cupientes, Praedecessorum nostrorum exemplo statuimus ad universae Ecclesiae preces confugere, et omnium Catholicorum pietatem erga afflictam nationem illam studiosissime excitare. Et certe cum nemo possit ab huius tristitiae participatione secerni, atque in tanto Religionis et fidei discrimine una cunctis dolendi sit causa: una pariter omnium iuvandi ratio esse debet. Itaque dum nostris hisce literis

questus expostulationesque in memoratis Allocutionibus editas renovamus et confirmamus, actaque omnia a Madritensi Gubernio contra Ecclesiae Sanctaeque huius Sedis iura et dignitatem hactenus gesta et inprimis propositam nuper legem reprobamus, abrogamus, nulliusque roboris fore edicimus; singulos Ven. fratres Patriarchas etc. qua lato patet catholicus orbis, gratiam et communionem cum hac Apostolica Sede habentes pro ea, qua in Domino unum sumus, caritate, proque ea fide, qua in unum corpus coalescimus, etiam atque etiam hortamur, ut suas cum nostris miscentes lacrimas, divinam flectere iram, et Omnipotentis Dei misericordiam pro infelici Hispanica Natione implorare unanimiter contendant, commissumque sibi clerum ac populum ad assiduas in idipsum preces enixe studeant inflammare. Volumus vero atque mandamus, ut singuli intra Pontificiam nostram ditionem Ven. fratres Archiepiscopi et Episcopi in propriis dioecesibus ea ratione, qua magis in domino expedire censuerint, publicas ad misericordiarum Patrem obsecrationes peragendas curent, ut propter Filii sui sangvinem, qui pro omnibus effusus est, in Hispaniae Regno tentationis dies abbrevientur. Utque facilius Deus inclinet aures suas ad preces nostras, suppliciter omnes adeant Deiparam Virginem potentissimam Ecclesiae auxiliatricem, nostrumque omnium amantissimam matrem, et fidissimam Hispaniae patronam; suffragia insuper petant Principis Apostolorum, quem Christus Ecclesiae suae petram constituit, adversus quam portae inferi non praevalebunt; itemque Coelitum omnium, eorum praesertim, qui Hispaniam virtute, sanctitate, prodigiis magnopere illustrarunt. Quo autem singuli cuiusque ordinis, gradus et conditionis fideles ferventiore caritate atque uberiore cum fructu orationibus et obsecrationibus instent, coelestium munerum thesauros liberali manu proferre decrevimus. Hinc plenariam in forma Jubilaei concedimus indulgentiam, lucrandam ab omnibus Christi fidelibus, qui sacramentali confessione rite expiati ac sanctissima Eucharistia refecti solemnibus supplicationibus proprii cuiusque Ordinarii arbitrio statuendis tribus saltem vicibus interfuerint, et in Ecclesia ab ipsis Ordinariis designanda ter intra

quindecim dies supradicta de causa ferventer oraverint. Futurum sane confidimus, ut angeli pacis habentes phialas aureas et thuribulum aureum in manu sua, fervidas humileaque nostras et totius Ecclesiae pro Hispania preces offerant super altare aureum Domino, utque Ipse, qui dives est in miserationibus, benigno eas vultu excipiens, nostris et communibus fidelium votis annuere velit, ac simul perficere, ut in dextera sua et brachio fortitudinis suae inibi tandem aliquando destructis adversitatibus et erroribus, S. Mater Ecclesia a tantis calamitatibus respiret, atque ea pace et libertate fruatur, qua Christus ipsam donavit. — Datum Romae apud S. Petrum die 22. Febr. 1842.

358.

Breve ad Eppos Helvetiae dd. 1. April. 1842. quo decreta abolitionis Monasteriorum per civilem potestatem edita coram Ecclesia irrita esse declarantur, Episcopique monentur, ut a quavis opera decretis illis praestanda abstineant. *)

Gregorius XVI. Inter ea, quae Supremi Apostolatus munere urgente, dudum nos anxios ac sollicitos faciunt, non ultimum certo tenent locum decreta ab nonnullis istarum regionum guberniis lata in Coenobiorum perniciem, quorum aliqua abolita etiam sunt, bonis ad ipsa spectantibus primum Reipublicae adiudicatis, dein vel ad hastam divenditis vel in alios usus temere conversis. Atque illud cordi nostro acerbius accidit, quod in his gerendis vel potius perpetrandis catholici quoque homines partem sumserint, nulla Ecclesiasticae auctoritatis Sanctaeque huius Sedis iurium ratione habita, despectisque omnino poenis ac censuris, quas Apostolicae Constitutiones et Oecumenica Concilia, maxime Tridentinum Sess. 22. c. 11. ipso facto incurrendas iis infligunt, qui talia agere non reformidant. Necesse autem non est pluribus explicare, quam graviter ea attentando in Religionem atque in ipsam temporalem populorum utilitatem peccatum sit. Nemo enim ignorat, quantum de utraque tum ubique tum praesertim in Helvetia merita fuerint Monastica Instituta sive

*) Schweizerische Kirchenzeitung. 1842. p. 305.

in divino cultu promovendo, sive in cura animarum obeunda, sive in juventute ad pietatem bonasque artes informanda, sive demum in pauperibus omnis auxilii genere indesinenter iuvandis. Nos sane, ubi rem magna cum animi molestia novimus, nihil distulimus, quin per nostrum atque huius Apost. Sedis Nuntium incolumitatem Coenobiorum et iurium ac bonorum, quibus ea potiuntur, publico ceteroquin foedere sancitam, reclamaremus. Et quidem dolori nostro non parum levaminis attulit ratio per complura ex istorum Pagorum guberniis adhibita, quae utpote in Religionem, Ecclesiam et Monasticas Institutiones optime animata nedum ab omni infenso in ipsas consilio iugiter abhorruerunt, sed collatis insuper studiis bonorum ad eas spectantium venditioni palam obsistere non detrectarunt. Hinc meritas eorum virtuti laudes rependere non praetermittimus, una simul hortantes, ut pro avita in Ecclesiam et hanc Apost. Sedem observantia ac fide, sancto proposito firmissime inhaereant, et ardentiori usque zelo sacrae rei favere ac patrocinari pergant. Verum non eundem expostulationes nostro nomine factae consecutae sunt fructum apud aliorum Pagorum gubernia, assidue, uti nunciatur, intenta ad coeptum semel in religiosas domos earumque iura ac proprietates exitiosum opus perficiendum. Id porro causae nobis fuit, Ven. fratres, cur hisce literis vos alloqueremur. Licet enim minime dubitemus, imo etiam compertum habeamus, Vos ipsos in eiusmodi negotio ministerii vestri partibus nequaquam defuisse, memores tamen officii, quo ad fratres in his, quae Dei et Ecclesiae sunt, opportune dirigendos atque inflammandos divinitus adstringimur, mentem nostram eadem gravissima de re apertius vobis duximus significare. Itaque rursus reprobantes ac vehementer querentes praedicta decreta per laicam potestatem edita de nonnullis Coenobiis cum adjecta religiosa familia isthic abolendis, singulis in memoriam revocamus, alienationes bonorum ac iurium quorumcumque ad illa pertinentium tum hactenus factas, tum in posterum futuras nulla nostra Sanctaeque Sedis accedente auctoritate iuxta canonicas sanctiones irritas coram Ecclesia planeque nullas existere, easque uti tales omnino habendas edicimus.

Vestrum proinde erit, a quavis opera aut venia iis praestanda abstinere, simulque peculiari, qua polletis, prudentia illos, ad quos per enunciatas alienationes ea ipsa bona illegitime iam pervenerint vel forte perventura sint, sedulo commonefacere, neminem eorum posse tuta conscientia acceptam possessionem retinere, vel deinceps accipere. Ceterum bona adhuc in spe sumus, fore ut catholici praesertim viri, qui saepius memoratis decretis ferendis exequendisque cooperati sunt, re maturius coram Deo perpensa, ab ea, quam inconsiderate, ut credere iuvat, iniverunt, via citissime recedant. In hoc ipsum autem ut vos, Ven. fratres, toto pastoralis patientiae et caritatis studio pro vestra parte contendatis, etiam atque etiam in Domino commendamus. Quem quidem in finem uberem coelestis auxilii copiam vobis omnibus enixe adprecantes, optati eventus auspicem et paternae nostrae benevolentiae testem apostolicam benedictionem unicuique vestrum cum grege sibi commisso communicandam peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum die 1. Aprilis a. 1842.

359—261.

Brevia triplicis ordinis ad Eppum Rottenburgensem a. 1842. et 1843. dimissa, quibus ordinationes civiles in Regno Würtembergico quoad negotia ecclesiastica editae, in quantum ad depressionem Ecclesiae Cath. tendunt, perstringuntur, Episcopusque monetur, ut in procurandis officii sui partibus unicam per sacros canones et vigentem disciplinam Ecclesiae defixam regulam sequatur. *)

359. *Gregorius XVI.* Literas accepimus, quas die 10. Aprilis mensis ad nos dedisti, ut significares de morte Ven. fratris Ignatii AEpiscopi Friburgensis, ac de iis, quae subinde Metrop. Capitulum a te uti ab antiquiore Provinciae Episcopo postularit; nec non et longiores literas diei 6. mensis eiusdem, quibus uti et praecedentibus aliis literis

*) Drei Sendschreiben des heil. apost. Stuhles an den Bischof v. Rottenburg. St. Gallen. 1846. p. 32.

datis die 20. Februarii plura nobis renunciasti, quae contra ius et libertatem Ecclesiae in dioecesi tua contigerunt. —

— Sequitur nunc, ut de iis loquamur, quae aliis in literis de Ecclesiae tuae causa et de conditione miserrima sacrarum apud vos rerum fusius explicasti. Nosti autem, Ven. frater, Pium 8. gl. mem decessorem nostrum quam maxime doluisse, cum primum relatum ei est de novis laicae potestatis ordinationibus, quae per regiones istas in Catholicae Ecclesiae depressionem ineunte anno 1830. editae fuerant. Perspexit scilicet sapientissimus Pontifex, damna praecedentibus constitutionibus et legibus tum facto ipso apud Vos Sacrae auctoritati intentata, quae ad tramites conventionum inter supremos regionum principes Sanctamque hanc Sedem et editarum subinde apostolicarum literarum Leonis 12. cessare debuerant, non modo nihil mitigata fuisse, sed exasperata imo pluribusque accessionibus aucta, dum interea nonnulli etiam e Clero vel consentirent in eandem Ecclesiae depressionem, vel contra sanam doctrinam sacrosque canones novis rebus studerent. Itaque suo satisfacturus muneri inde a die 30. Junii eius anni dedit ad te atque AEppum Friburgensem aliosque istius ecclesiasticae provinciae Antistites gravissimas literas, quibus Vestrum singulos in commonitione excitavit ad custodiendas impensius vigilias noctis super creditum gregem, simulque ut coram iis, apud quos agi oporteret, Ecclesiae iura tueremini, atque adeo mandavit, ut de exitu, quicunque is foret, curarum conatuumque vestrorum plene ad se et sine mora referre festinaretis. Ac nos, qui tanto Pontifici, meritis licet imparibus, Deo ita disponente, successimus, intendimus pariter sollicitudinem nostram in vestras Ecclesias, quas cum eodem poene aut deteriori etiam in statu positas videremus, scripsimus, die 14. Octobr. a. 1833. novas ad te ceterosque provinciae Episcopos literas, quibus et inculcavimus denuo, quae Pius 8. mandaverat, et nonnulla plenius explicavimus de erroribus praesertim, qui spargebantur apud vos seu verbis seu libris, quos apostolica etiam constitutione die 17. Sept. eius anni sub piscatoris annulo data damnavimus. Nec vero praetermisimus aliis insuper eosdem in fines uti viis et

modis: datumque identidem nobis fuit gaudium in Domino de bono aliquo curarum nostrarum fructu, etsi saepe conatus nostri in irritum cesserint. Quo in loco dissimulare non possumus, Ven. frater, dioecesim tuam nos peculiarem in modum sollicitatos habuisse, quod tu ipse plura istic aut egisse perperam, aut ab aliis contra Ecclesiae ius attentata silentio conniventiaque tua probasse arguebaris. Sed benedictus Deus et Pater D. N. J. C. qui nos modo consolatus est in tuis illis literis, quibus certiores facti sumus, dolere te vehementer de ea ratione, quam inconsulto quodam falsae pacis studio tenueras, atque adeo reprobare ac revocare illa omnia, quae contra Ecclesiae iura sacrosque canones egeras, sive indulgendo seu tacendo probaveras; et nunc quidem statutum animo fixumque tibi esse, ut nullo rerum discrimine deterreri te sinas, quominus gravissimas Episcopalis officii partes cum Dei gratia et in Sanctae huius Sedis obedientia constanter adimpleas. Gratulamur maiorem in modum declarationi huic praeclarisque animi tui sensibus, Ven. frater, atque a Deo omnipotente per Jesum Christum Unigenitum suum supplices una tecum exposcimus, ut super te creditasque fidei tuae oves multiplicet misericordiam suam, et mala, quibus Ecclesia ista premitur, propitius avertat. Tu igitur, V. F. Dei auxilio innixus advigila alacriter ad procurationem dioeceseos; cura, ut catholicae oves incorruptis utantur sanae doctrinae pabulis, atque in observatione mandatorum Dei et Ecclesiae ad veram virtutem proficiant; provideque inprimis, ut vigeat in tuo Clero puritas doctrinae, integritas vitae, atque in omnibus, quae ad sacras functiones pertinent, probatorum Ecclesiae rituum intemerata custodia; age denique fortiter iuxta ac prudenter in adimplendis cunctis Episcopalis officii partibus, simulque instare ne cesses apud Seren. et Potent. Regem, ut pro aequitate iustitiaque sua sinat Ecclesiam in regno isto libertate illa iuribusque frui, quibus Christus ipsam donavit, et quae supradictis etiam inter Sanctam hanc Sedem et Regium Gubernium conventionibus agnita sancitaque sunt. Ea sane, in quibus Regium Consilium, quod Ecclesiasticum Catholicum vocant, superiorem sibi acatholici gubernii nomine po-

testatem assumsit, tanto iam numero tantique momenti sunt, ut sacris in rebus vix quidquam supersit, de quo Ecclesiae libere pro iure suo statuere permittatur. Ita scilicet sacros cultus catholici ritus, dioeceseos visitationem, disciplinam Cleri, beneficiorum, maxime autem parochiarum collationem, candidatorum delectum, qui clericalibus ordinationibus initiantur, eorumque institutionem ad sanam doctrinam, solidamque virtutem catechismos ceterosque de religione libros, praedicationem verbi Dei ac religiosam puerorum educationem ad praecipua Ecclesiae iura pertinere, non est dubium. Et tamen est nullum horum genus, in quo Regium illud Consilium non se interponeret. Interea impediuntur Catholici, ne communicent in Religionis causis cum suprema hac Petri sede, et iniustissimis afficiuntur poenis Sacerdotes, qui in rebus ad sacrorum cultum imo et ad Ecclesiae doctrinam spectantibus Ecclesiae potius quam laicae potestati obtemperant. — —

— Haec V. F. ad supradictas tuas literas rescribenda habuimus, nec vero deinde cessabimus omnem, ut nostri muneris est, conferre operam, ut sacras istic res Deo bene iuvante in meliorem conditionem adducamus. Interea etsi opus non esset, ipsa tamen rei causa svadente commendamus nominatim Fraternitati tuae, ut catholicas oves in vera fide, atque in plena erga Deum et Ecclesiam obedientia verbis exemploque tuo continere non desinas; pergas porro ex Ecclesiae item doctrina eisdem inculcare, ut in rebus, quae non quidem sacri iuris, sed civilis ordinis sunt, fideles iugiter maneant Sereniss. Regi, eique et constitutis ab eo Magistratibus obediant non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ita et Deo, quae Dei sunt, et Caesari reddens, quae sunt Caesaris, obmutescere illos facies, qui te quasi regiorum iurium violatorem calumniari audeant. Ac nostrae in te gregemque tuum studiosissimae voluntatis pignus adiungimus apostolicam benedictionem, quam ex intimo corde depromtam tibi ipsi V. F. cunctisque istius dioeceseos clericis laicisque fidelibus impertimur. Datum Romae apud S. Petrum die 25. Junii a. 1842.

360. *Gregorius XVI.* **Redditae nobis sunt literae datae a te postridie nonas Augusti, quibus V. F. nonnulla adiicis** ad ea, quae de tuis Ecclesiaeque rebus antea retuleras; tibique interim magno solatio fuisse renuncias epistolam nostram, quam ad superiores literas illas tuas rescripseramus; atque una profiteris, nihil porro Fraternitati tuae potius fore, quam ut sanctissimae tuearis Ecclesiae iura, et omnes Episcopalis muneris partes sub auctoritate et ductu Sanctae huius Sedis constanter adimpleas. — Verum eadem illa, quam memoravimus, tuarum literarum significatio replevit consolatione cor nostrum et spem confirmavit, qua sustentamur, fore, ut sacrae istic res in meliorem conditionem eveniant, et functio Sacrae Potestatis ad plenam libertatem Deo benedicente revocetur. Enimvero sive ad pastorale officium maiori cum fructu obeundum sive ad sacrae potestatis iura sarta tecta habenda respicimus: praesidium est longe validissimum in plena constantique concordia Episcoporum cum suprema hac Petri Sede, in qua Ecclesiae fundamentum a Christo Domino constitutum est, ut nullo illa posset adversantium impetu aut machinatione labefactari. Illud insuper iucundissimum fuit, quod scribis in laudem Sereniss. Regis, quam excelso praestare animo nos item non ignoramus, eoque magis tecum confidimus, ipsum pro iustitia et benignitate sua tuis nostrisque votis satisfacturum, ut Religio Catholica fruatur istic omnibus suis iuribus, nec permissurum porro, ut catholicorum cuiuscunque gradus, multo autem minus ut Episcopi conscientiae ulla unquam a civili magistratu vis inferatur. Perspiciet et sane Potentiss. Princeps, te aeque ac nos in id sedulo incumbere, ut fidelibus inculcemus inconcussam Catholicae Religionis doctrinam de fide et obedientia in civilibus rebus Regiae Maiestati praestanda. Nec Regis eiusdem prudentiam fugiet, quanti sua etiam intersit, ut catholici ditionis suae non incitentur ad sanctissimae nostrae religionis officia, Ecclesiaeque mandata parvi pendenda, ne aliter ad contumeliam adsvescentes civilis quoque potestatis imperia — ubi praesertim impune id fore videatur — pari facilitate contemnant. — —

Datum Romae apud S. Mariam Maj. die 14. Octobr. 1842.

---

361. *Gregorius XVI.* — Quod ad plures recentiores epistolas ipsam Ecclesiae tuae causam respicientes: vix est, ut quidquam addamus iis, quae in literis die 25. Junii et 14. Oct. 1842. ad Fraternitatem tuam datis addixeramus. — In omnibus, quae ad Episcopalis officii functionem pertinent, unica, quam sequaris, regula sunt sacri canones et vigens Ecclesiae Catholicae disciplina una cum Apostolicis literis tum Pii 7. „Provida solersque" tum praesertim Leonis 12. „ad Dominici gregis custodiam." Quidquid autem in alienam his sententiam sive in instrumento fundationis Rottenburgensis Episcopatus illiusve appendicibus, sive in Edicto anni 1830. sive in aliis quibuscunque actibus, inconsulta et nunquam approbante imo etiam reclamante interdum Sede Apostolica, statutum sit, nullo id potest praeiudicio esse sanctissimae Ecclesiae iuribus, nec derogare solemnibus inter Romanum Pontificem et supremos Principes pactionibus, quibus liberum eorumdem jurium exercitium ad memoratarum literarum tramites rite sancitum fuerat. Ipsorum nos fide freti certam in spem erigimur, fore, ut Ser. ac Pot. Würtembergiae Rex pro iustitia sapientiaque sua vobis obsecundet, quae tibi nobisque sunt communia, quaeque non alio spectant, nisi ut sacras istic res nemine impediente procuremus et in salutem invigilemus filiorum Ecclesiae, quos ita semper in vera fide et religionis catholicae officiis custodire studebimus, ut non desistamus eisdem inculcare in civilibus rebus ex incommutabili Ecclesiae doctrina Maiestati Regis et constitutis ab eo magistratibus debitam obedientiam praestare. — Datum Romae die 4. Dec. 1843.

---

2. Facta aliorum Episcoporum, Cleri item inferioris, et nonnullorum Civilium Magistratuum pro tuendis Ecclesiae iuribus.

362—371.

Acta memorabilia quoad Constitutionem pragmaticam civilem in Electoratu Hassiae a. 1831. publicatam, et plura iuribus Ecclesiae Cath. praeiudicantia continentem interventa. *)

362. Constitutio pragmatica anni 1830. Constitutioni fundamentali Electoratus de a. 1831. illata. §. 135. Für das besondere Verhältniss der kath. Kirche zu der Staatsgewalt dienen folgende Bestimmungen als Richtschnur: a) In Ansehung des kirchlichen Censur- und Strafrechtes, sowie des bischöflichen Amtseinflusses auf die Unterrichtsanstalten bleibt das — mit dem vormaligen bischöflichen General-Vicariate zu Fulda verabredete — Regulativ vom 31. Aug. 1829. ferner in Kraft. b) Die von dem Bischof und den übrigen katholischen Kirchenbehörden ausgehenden allgemeinen Anordnungen, Kreisschreiben und dergleichen allgemeinen Erlasse an die Geistlichkeit und Diöcesanen, welche nicht reine Glaubens- und kirchliche Lehrsachen betreffen, oder durch welche dieselben zu Etwas verbunden werden sollen, was nicht ganz in dem eigenthümlichen Wirkungskreise der Kirche liegt, bedürfen der Genehmigung des Staates, und können nur mit solcher kundgemacht und in Ausführung gebracht werden. c) Solche allgemeine Erlasse der Kirchenbehörde, welche rein geistliche Gegenstände betreffen, sind der einschlägigen Staatsbehörde zur Einsicht vorzulegen, und diese wird die Bekanntmachung nicht hindern, wenn der Inhalt keinen Nachtheil dem Staate bringen wird. d) Von allen bischöflichen, unmittelbaren Kommunicationen mit dem päpstlichen Stuhle, welche nicht etwa lediglich in Beziehung auf einzelne Fälle

*) Drei Worte zur Kurhessischen Verfassungsurkunde. Würzburg. 1831.

der eigentlichen Seelsorge, oder auf gewöhnliche der römischen Curie unstreitig zukommende Dispensation beabsichtigt werden möchten, noch bloss in Glückwunschs- Danksagungs- und anderen dergleichen Ceremonial-Schreiben bestehen, wird die Staatsregierung durch den landesherrlichen Bevollmächtigten bei dem Bisthume nach wie vor Einsicht nehmen lassen. e) In allen Fällen, wo ein Missbrauch der geistlichen Gewalt Statt findet, bleibt die Beschwerde oder der Rekurs ebenwohl an die Landesbehörden offen, jedoch, was das geistliche Personal in seinem Berufe angeht, erst alsdann, wenn ein bei der zuständigen obern Kirchenbehörde geschehener Versuch zur gebührenden Abhülfe als erfolglos dargethan, oder insofern etwa Gefahr bei dem Verzuge seyn würde.

363. Repraesentatio Episcopi et Capituli Fuldensis contra praeviam Constit. dd. 2. Januar. 1831. ad Comitia Electoralia directa. In einer Zeit, wo man es sich so sehr angelegen sein lässt, die Lasten der Unterthanen zu erleichtern, ihnen zum Genusse rechtlicher Freiheit zu verhelfen, und ihre dessfallsigen Wünsche von dem Throne der Fürsten zu unterstützen, dürfen wir hoffen, dass die zu eben diesem Ende in die Hauptstadt Kurhessens berufene Ständeversammlung auch auf unsere zu ihrer Kenntniss gebrachte, schon früher bei dem kurfürstlichen Staatsministerium vergebens erhobene Beschwerden wegen Beeinträchtigung der katholischen Kirchenfreiheit billige Rücksicht nehmen, und zur Beseitigung derselben mitzuwirken geneigt sein werde. Indessen so aufrichtig und edel die Bemühungen dieser ehrwürdigen Versammlung bei der Prüfung und Bearbeitung der Verfassungs-Urkunde gewesen: so sind in diese dem Vernehmen nach doch einige Bestimmungen eingeflossen, welche die gerechten Ansprüche der Katholiken nicht befriedigen, vielmehr die fernere Beeinträchtigung ihrer kirchlichen Freiheit begünstigen und für die Zukunft grundgesetzlich autorisiren, was uns in wehmüthige Stimmung und Verlegenheit versetzt. Wenn nämlish 1. wie verlautet, selbst jene allgemeine Anordnungen geistlicher Oberbehörden, welche rein geistliche Gegenstände betreffen, vor der Publication bei der

Staatsbehörde zur Einsicht vorgelegt werden sollen, so wird ja nicht nur ein ungegründetes und entehrendes Misstrauen gegen die Kirchenvorsteher, als wären sie verdächtige und staatsgefährliche Menschen, geäussert, was ihre Untergebene entrüsten und aufbringen, oder das erstern nöthige Zutrauen und Ansehen herabsetzen muss, sondern es wird dadurch auch die Ausübung der kirchlichen Jurisdiction in den wesentlichsten, die Glaubens- und Sittenlehre, die Liturgie und Disciplin betreffenden Dingen unter die Cognition des Staates, und seines nur aus Protestanten bestehenden Ministeriums gestellt, und eben dadurch aufgehalten und gelähmt, weil man sie in das Verhältniss der Abhängigkeit von der Staatsgewalt setzt, und die Publication ihrer Anordnungen nicht einmal in solchen Angelegenheiten, die das Interesse des Staats gar nicht berühren, ohne landesherrliche Genehmigung gelten lässt. Bestimmt nun auch die Verf. Urkunde, dass Anordnungen in rein geistlichen Sachen einer solchen Genehmigung nicht unterliegen, so wird diese Bestimmung durch die oben erwähnte wieder aufgehoben, indem nach geschehener Vorlage solcher Anordnungen immer auch die Genehmigung der Staatsbehörde abgewartet werden muss, auf die man bei den subjectiven Ansichten der Censuren und bei dem grossen von uns nie verschuldeten Misstrauen, das man gegen uns gefasst zu haben scheint, und das kein Vertrauen erwecken kann, nie sicher rechnen darf. Wenn ferner 2. dem Vernehmen nach die freie Communication mit dem Oberhaupte der kath. Kirche nur auf einzelne Fälle der Seelsorge, auf Dispensen und Höflichkeitsschreiben beschränkt seyn, der Inhalt jedes andern Kommunikation aber dem landesherrlichen Kommissär angezeigt werden soll, so hängt ja, so selten sie auch seyn mögen, die Freiheit aller Kommunikationen in Betreff des Zustandes und der Verwaltung der Diöcese, der Lehre, Disciplin, Liturgie etc. mit dem Römischen Stuhle, der hierüber Berichte einzuziehen berechtigt ist, und an den man sich in wichtigen Fällen zu wenden hat, von Launen und Ansichten eines solchen nicht einmal katholischen Kommissärs ab, und die Vorsteher der Kirche werden zur Er-

— Man sagt auch, das Placetum sei uralt und habe zu jeder Zeit bestanden. Eingriffe in die Rechte der Kirche haben freilich von Zeit zu Zeit statt gehabt, aber gewöhnlich von Fürsten, die nicht katholisch oder von der Kath. Kirche abgefallen waren. Diese glaubten freilich, auch über die Kirche herrschen und sie unter ihre Botmässigkeit bringen zu können; aber die Kirche hat jeder Zeit gegen solche Eingriffe protestirt. Das Placetum aber finden wir vor dem XV. Jahrhunderte nicht, und auch da nur von einzelnen Fürsten in Anspruch genommen, und oft von ihren Nachfolgern wieder aufgehoben. Die Bourbonischen Fürsten und Venedig haben von den Ersten dasselbe ausgeübt. Aber wo sind diese Fürsten, wo ist Venedig? Nie hat aber die Kirche dasselbe anerkannt, sondern stets haben ihre Vorsteher dagegen sich ausgesprochen. Wenn man auch den Staatsbehörden das Recht, Einsicht in kirchliche Erlasse zu nehmen, um zu sehen, ob nicht den Staat Gefährdendes darin enthalten sei, nicht bestreitet; so sollte mit eben so viel Recht der geistlichen Behörde Einsicht in alle Erlasse von Staatsbehörden gestattet werden, damit auch sie sich überzeugen könnte, dass in ihnen nichts die Kirche Gefährdendes sich befinde, und so müssten, um billig zu sein, beide Behörden, die der Kirche und des Staates, nicht gegenseitig bewachen, und ein gegenseitiges Placetum gegen

einander sich zugestehen. Wer wird wohl mehr gefährdet, die Kirche vom Staate, oder der Staat von der Kirche? Aber ist es auch für uns Katholiken würdig, unsere geistlichen Obern, unsere Väter und Seelenhirten stets als unsere gefährlichsten Feinde anzusehen und zu behandeln? —

— Wir schliessen nun unsere Vorstellung mit folgenden Bitten, betreffend die Badener Conferenz-Beschlüsse: 1. Hochdieselben möchten keinen Artikel derselben mehr durch einseitiges Einschreiten zum Gesetze erheben und ins Leben einführen, sondern im Einverständniss mit den kirchlichen Behörden, dem Bischof und namentlich dem Papste, hierin handeln, und ohne ihre Zustimmung hierin nichts mehr verfügen und beschliessen; betreffend das Gesetz über das Placetum 2. Hochdieselben möchten dasselbe entweder zurücknehmen, oder seine Voliziehung für so lange einstellen, bis es die Zustimmung des Bischofs und des Papstes erhalten hat. Sollte diesen unsern Ansuchen nicht entsprochen werden, so finden wir uns in unsern Gewissen nicht beruhigt, und wir halten es in unserer Verpflichtung, unsere Rechte als kath. Christen gegen diese Beschlüsse für so lange zu verwahren, bis unsere rechtmässigen geistlichen Obern, Bischof und Papst, uns authentisch erklärt haben werden, dass dadurch die kath. Religion nicht gefährdet sei. — Auw, den 11. Juli 1834.

384.

Episcopi Belgii a. 1834. propria auctoritate Universitatem Scientiarum Catholicam erigunt, a Summo Pontifice adprobatam, et ab ipsis Episcopis, absque ullo Civilis Potestatis interventu, regendam. *)

Quum concordi omnium iudicio ac felici experientia constet, summa Ecclesiae et Reipublicae commoda obvenire ex publicis Studiorum Universitatibus, in quibus bonarum artium ac scientiarum documenta a Professoribus orthodoxae

*) Der Katholik. 1835. Januar. p. 74.

fidei cultoribus et de Romano-Catholica Religione recte sentientibus ingenuae iuventuti traduntur: hinc nobis potissima quadam ratione hocce tempore adlaborandum duximus ad instaurandam publicam eiusmodi Universitatem, quae celeberrimae quondam ac praestantissimae Lovaniensis Academiae, communi Belgarum luctu inter seculi 18. exeuntis procellas sublatae, normam et imaginem referret. Ea de re concepta desideria et consilia ex debito pastoralis officii nobis commissi ad Sedem Apostolicam detulimus, et per literas die 14. Nov. a. 1833. In Congregatione nostra Mechliniae habita datas SSmum Dnum nostrum Gregorium divina providentia Papam XVI. deprecati sumus, ut eadem assensu et consensu Apostolico confirmaret. Sanctitati Suae placuit, votis et petitionibus nostris summa cum benignitate protinus annuere, nostrisque conatibus Apostolicam auctoritatem adiungere, prout patet ex Pontificio diplomate, cuius tenor hic de verbo ad verbum sequitur:

„Gregorius XVI. Ven. fratres etc. Maiori certe solatio affici non possumus, quam cum eos, qui in partem sollicitudinis nostrae sunt vocati, pastorali zelo flagrare, acriterque ad spirituale commissarum sibi ovium bonum novimus vigilare. Licet porro praecipuam Fraternitatum Vestrarum virtutem satis iam multa declarassent, eaque de causa iure nobis laetari liceret: conceptam tamen animo nostro opinionem confirmarunt, nostrumque gaudium abunde auxerunt obsequentissimae literae, quas die 14. proxime elapsi mensis ad nos dedistis, et quibus nedum vestrum de Catholica in Belgio constituenda et a Vobis tantum regenda studiorum Universitate consilium significastis, sed etiam expositis commodis, quae tum animarum salus, tum Religio ipsa inde possunt accipere, Apostolica nostra auctoritate probari illud voluistis. Hanc vos rationem secuti id egistis, quod ab antiquis temporibus consvetudo induxit, quodque debita huic S. Sedi reverentia et observantia merito exigit. Cum enim ad Romanos Pontifices pro concredita ipsis Apostolici officii munere maxime pertineat, Catholicam Fidem tueri, sanctaeque eius doctrinae depositum integrum ac intemeratum custodire: eorum quoque esse debet sacrarum disciplinarum,

quae publice in Universitatibus traduntur, institutionem moderari. Atque haec causa fuit, cur Catholici etiam Principes, cum de huiusmodi Academiis seu Universitatibus studiorum statuendis cogitarunt, Apostolicam Sedem consulendam, eiusque auctoritatem exquirendam duxerint. Hinc celebriores illustrieresque Europae Universitates nonnisi ex sententia et assensu Romanorum Pontificum fuisse constitutas gravissimae illarum historiae amplissime testantur. Nobis itaque, quibus persuasum est, ex recte conparatis studiorum Universitatibus plurimum emolumenti in Christianam Rempublicam dimanare, iucundius nihil accidere potest, quam ut vobis gratificemur, et ad literarum praesertim sacrarum praesidium et incrementum supremae nostrae auctoritatis robur adiiciamus; atque hinc sapientissimum, quod una simul inivistis consilium approbamus, vestramque ea de re sollicitudinem summa laude ac commendatione prosequimur. Eo autem libentius vestris votis annuimus, quo certius vestra industria, opera et cura futurum confidimus, ut quotquot ad istam Universitatem convenient bene morati iuvenes, non scientia, quae inflat, sed scientia, quae cum caritate aedificat, non sapientia huius seculi, sed sapientia, cuius initium timor Domini est, imbuantur. At illud probe intelligitis, Ven. fratres, memoratam mox Universitatem ita quidem constitui oportere, ut nihil prorsus derogetur juribus, quae singulis Episcopis circa Clericorum in suis dioecesanis Seminariis institutionem, eorumque in literis et disciplinis maxime theologicis eruditionem Tridentini Patres adindicarunt. Agite igitur, et ille, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum est, dexter vobis propitiusque adsit, ut quae salubriter cogitastis, feliciter possitis implere. Interim Apost. Benedictionem paternae nostrae caritatis et benevolentiae testimonium erga Fraternitates Vestras, peramanter vobis impertimur. Datum Romae apud S. Petrum die 13. Dec. 1833."

Tam praecellenti suffragio tantaque auctoritate suffulti, mense Februario praesentis anni literas dedimus ad Clerum et fideles Ecclesiarum nostrarum, eosque experti sumus paratissimos ad conferenda subsidia, quibus erigendae Acade-

miae incolumitati ac splendori consuleretur. Jam vero certam tanto operi atque instituto formam praescribere, eiusdemque perpetuam stabilitatem asserere volentes, Apostolica auctoritate et nostra per praesentes literas erigimus, et instituimus studiorum Universitatem, a nobis supremo iure ac perpetua sollicitudine — salva in omnibus Apost. Sedis auctoritate — regendam et fovendam, quinque Facultatibus instructam, quarum dignitate prima est Theologiae, secunda Juris, tertia Medicinae, quarta Philosophiae ac Literarum, quinta Scientiarum Mathematicarum ac Naturalium. — — Ad nostram singulariter curam pertinere indicavimus, ut Professorum — definitiva nominatio a nobis duntaxat rata ac firma habeatur. Volumus autem, ut iidem non ante muneris sui partes suscipiant, quam in manibus Rectoris Magnifici emiserint fidei professionem iuxta formam Pii Papae IV. nec non iuramentum a nobis praescriptum de observandis fideliter Academiae statutis ac Ordinationibus. — Porro in constituenda hac studiorum Universitate hue tendunt conamina nostra, ut ea ipsa sit in aedificationem corporis Christi, et per eam glorificetur intemerata sponsa Salvatoris nostri, quae columna est ac firmamentum veritatis. Quare Magistros et Scholares etiam atque etiam in Domino hortamur, eisque praecipimus, ut corde et opere teneant ac profiteantur Catholicam fidem; ut alieni a profanis novitatibus, quibus fidei integritas maculatur, sectentur scientiam, quae cum caritate aedificat, et ducantur sapientia, cuius initium est timor Domini. — Mechliniae, die 10. Junii 1834. Engelbertus, AEppus Mechliniensis. Joannes Josephus, Eppus Tornacensis. Joannes Franciscus, Eppus Gandavensis. Cornelius, Eppus Leodiensis. Joannes Arnoldus, Eppus Namurcensis. Franciscus, Eppus Brugensis.

385.

Oratio academica inauguralis Universitatis Catholicae Belgii, in qua et consilium erigendae eiusdem ubertim exponitur, et fructus, quos ex Universitate Catholica sub guberno Praesulum Ecclesiae posita sperare liceat, enumerantur. *)

Vestra omnium sententia est, vestra cogitatio et persuasio, nihil ad Ecclesiae laudem illustrius, nihil ad Reipublicae splendorem utilius, nihil ad morum et disciplinae gravitatem retinendam aptius constitui posse, quam publicam studiorum Universitatem Catholica Religione innixam. Ubi enim sublata est scientia literarum, vel ubi eaedem alieno a Religione animo traduntur, impune peccatur, impune sacratissima quaeque iura violantur, gravissimaque damna in populum et patriam influunt. Id probe intellexerunt Maiores nostri, qui non tantum de restituendis et propagandis literis, sed et de pia ac religiosa earumdem institutione magnopere fuerunt solliciti. Hanc inprimis propriam sibi curam et sollicitudinem adhibuerunt Romani Pontifices, animo assidue revolventes, quantum de literarum studiis catholica fides, tenebrosa ignorantiae caligine ac haeresum peste expulsa, augeatur, Divini Numinis cultus protendatur, iustitia colatur, et reliquae virtutes illustrentur. Testes sint antiquae illae Academiae Rom. Pontificum auctoritate stabilitae, e quibus fons aquarum viventium, fons doctrinae ac virtutis in omnes Reipublicae Christianae provincias largiter adeo manavit. Illustrissima illa sapientiae domicilia per omnem aetatem aluerunt viros de religione et patria optime meritos. Aluerunt *Theologos* morum gravitate, vitae sanctimonia, fideique fervore eximios, qui depositum fidei custodientes et devitantes profanas vocum novitates, non sua tradiderunt, sed, quod proprium est christianae modestiae, a maioribus accepta servarunt. Ab Ecclesiarum matre et magistra non modo dogmata, quae tuebantur, accipiebant, verum etiam formam sumebant sanorum verborum; cum Ecclesia sentie-

*) Der Katholik. 1835. März. p. 271.

bant et cum Ecclesia loquebantur, ne sub specie vetustatis, sed perperam intellectae, ad profanas novitates reipsa deficerent, quemadmodum novatoribus antiquis aeque ac novis contigisse manifestum est. Aluerunt *Iurisperitos* qui neque ad perniciem religionis, neque ad depravationem fidei, neque ad divinae hierarchiae eversionem studia sua convertebant, sed qui superiores potestates a Deo constitutas veneratione prosequebantur. Quaerentes Regnum Dei et iustitiam eius, ambulantes in conspectu Domini in veritate et iustitia, supremam Dei legem praedicabant tamquam omnis veritatis, iustitiae atque honestatis normam, tamquam fontem uberrimum bonorum omnium. Aluerunt *Medicos*, qui Religionem, quae de coelo est, agnoscebant, qui immortalitatis rationem habentes cogitationem ab ea numquam avertebant. Non illi summam hominis dignitatem ad ima deprimebant, neque homines ad Dei ipsius imaginem et similitudinem creatos brutorum gregibus assimilabant, quasi homo veluti bruta pro terrenis tantum viveret, neque quidquam, nisi quod animale est, saperet aut sentiret. Aluerunt denique *Philosophos* vere sapientes et beatos; noverant enim non plus sapere quam oportet sapere; sectabantur virtutem et iustitiam, Deumque constanter orabant, ut sapientiam, et summum illud, quod per sapientiam quaerere debemus, bonum adipisci valerent; ab inutili mysteriorum perscrutatione abstinebant, ne dubitationis profundo demergerentur; audiebant Dei vocem per prophetas, per Christum, per Apostolos loquentis, et palam profitebantur, veritatem nullatenus quaerendam esse extra Catholicam Ecclesiam, in qua absque levissimo erroris coeno ipsa invenitur, quaeque idcirco columna ac firmamentum veritatis appellatur.

Haec atque alia oriri novimus emolumenta ex Academica institutione, in qua disciplinae et religio inter se amico foedere consocientur. Talis erat antiqua Lovaniensium Academia: stetit illa in Belgio nostro magistra disciplinae, conservatrix veritatis, nutrix bonarum artium. Coruscantibus lucis evangelicae radiis omnia scientiarum genera diligenter illuminabant illius scholae magistri; certum ipsis persvasumque erat, Religionem habendam esse tamquam animam to-

tius ordinis intellectualis, Deum esse scientiarum dominum et elargitorem sapientiae, ex ore eius profluere prudentiam et scientiam, hominem frustra ad scientiam ingenio, labore et industria niti, nisi Deum totius operis adhibeat ducem et auctorem. Fatemur equidem hominis industriam et laborem subsidia atque instrumenta praebere doctrinae; sed quemadmodum ager quamvis fertilis, quamvis diligenter subactus et excultus, nullas tamen fruges feret, nisi praeterea coelesti rore perfundatur, sic ad ingenii bonitatem et laboris constantiam nisi accedat faventis Numinis gratia, operam vel maximam frustra consumimus. Oportet itaque, ut in discendis et tradendis disciplinis ratio habeatur divinae religionis, ut continuo intueamur sidus illud coeleste, quod in medio oceano profundo atque aestuoso viam nobis ad aeternae salutis portum declarat. Necesse est, disciplinas omnes cum Religione arctissimo foedere coniunctas progredi. — Divino magisterio nisi illuminemur, et quasi manuducamur ad sapientiam, que bonorum omnium mater est; nisi in discendis et docendis disciplinis Dei verbum eiusque eloquia tamquam lucernam adhibeamus, neque ea incedemus via, qua eundum est, neque errores devitabimus, sed in plura impingemus offendicula et per obscura viarum lassi, dubii ac plane devii haerebimus. Ex tali eoque inauspicato funestissimoque scientiarum et Religionis divortio illae praesertim promanarunt clades, quibus res sacra et civilis iam a dimidio plus seculo excruciatae dirissimeque vexatae fuerunt. — Viri scientiarum a veritate auditum avertentes et secundum desideria sua ambulantes, fremuerunt et meditati sunt inania, sibilaverunt et moverunt caput super Ecclesiam, adstiterunt et convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius. — Quaecunque fuerint incredulitatis conamina atque improperia, non illa tamen ad intentum sed potius ad nostram defensionem et emendationem reputanda sunt. Et nunc praesertim, quum spes rerum tranquilliorum affulgeat et sol optatae pacis oriri videatur, nobis Catholicis diligenter curandum est, ne simus ultra opprobrium iis, qui obtentu scientiarum immaculatam Dei sponsam depres-

serunt, eiusque haereditatem vexaverunt; curandum est, ut sacratissima scientiarum et Religionis vincula denuo connectantur.

Nec mirum, quod rem illam maxime utilem et necessariam et salutarem intellexerint et comprobaverint Illustrissimi ac Reverendissimi Ecclesiarum nostrarum Praesules. Manum igitur operi iam admoverunt, et pro ea, qua pollent, sollicitudine ad instaurandam Catholicam studiorum Universitatem se se graviter applicuerunt. Pontificia auctoritate confirmati ad aedificandum novum illud sanctuarium Belgarum animos impulerunt dicentes: Venite et aedificemus muros Jerusalem, et non simus ultra opprobrium. — Haec igitur solemnia sacra, quibus operis desideratissimi primordia consecrantur, nos ad laetam gratiarum actionem convocant; factus est enim nobis Dominus in refugium et Deus noster in adiutorium spei nostrae. Deo duce et auctore, plantantibus atque rigantibus Belgii Episcopis, uberrima fidei, virtutum et scientiarum incrementa sperare licebit ex ea institutione, quae non tantum ad laborantis Ecclesiae subsidium sed ad ipsius quoque laudem comparata est. Surge igitur et illuminare Jerusalem, gaude et laetare filia Sion, laetare Dei sponsa dilecta nimis Ecclesia! Belgium nostrum, quae regio tibi tanta devotione conjungitur, auferre conabitur causam improperiorum, quae ab adversariis tuis congesta fuerunt; Belgium nostrum Catholicum haud immemor pietatis avitae, surgit et accingit se ad firmandam et stabiliendam institutionem, qua casti maneant in Religione nepotes. Ad opus tam pium tamque salutiferum perficiendum oportet ut omnes consociemur et quasi vir unus efficiamur. Nobis potissimum, quos Illustr. Belgii Episcoporum benevolentia vocavit ad colendam hanc vineam ab ipsis consitam, nobis elaborandum est, ut omnia nostra in caritate fiant, animique nostri castificentur in obedientia caritatis. Exequamur, Professores academici, totis viribus id, ad quod agendum vocati sumus; operam demus, ut disciplina nostra germinet in surculos piae ac doctae inventutis, quod sane futurum est, si in omnibus nosmetipsos praebeamus exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate. Of-

ficium nostrum sit ostendere cupidae literarum iuventuti: Deum vere esse scientiarum Dominum; adversariis vero nostris Sanctam Ecclesiam non ignorantiae fautricem sed lucis et veritatis esse matrem ac nutricem tenerrimam. Iuxta hodiernam temporum necessitatem ad erudiendam et praemuniendam iuventutem a vobis examinanda et investiganda sunt omnia scientiarum incrementa; quae quidem investigatio maxime cum fructu fit, si pondere Sanctuarii inventa pensitentur, limitesque antiquae ac sanae doctrinae observentur. Vexillo nostro nomen inscribitur: *Universitas Catholica*; videte ne tanti nominis dignitati aut sanctitati macula inferatur. Nos sub praeclaro hoc signo constitutos oportet ad tuendam Religionem et retinendam firmiter formam sanorum verborum toto pectore incumbere, haereses et errores confutare, novatoribus resistere, id catholicum credere et suscipere, quod a Sede Apostolica proficiscitur, quod contra est, toto animo respuere. Hanc scimus esse unicam Doctoris Catholici regulam; hunc finem scimus sibi proposuisse eos, quos nobis praeesse voluit Deus; hanc nimirum scimus esse spem et voluntatem optimi ac Maximi totius Ecclesiae Pastoris Gregorii XVI., Illmi ac Rmi Archiepiscopi nostri, una cum ceteris Belgii Episcopis. *)

*) Ut plane constet, SS. D. Gregorium PP. XVI. iure ac merito asseruisse, celebriores et illustriores Europae Universitates nonnisi ex sententia et assensu Romanorum Pontificum fuisse constitutas, hoc loco exhibere iuvat indicem praecipuarum Europae Universitatum, quae a Romanis Pontificibus confirmatae ac stabilitae sunt. In *Anglia* et *Hibernia* „Cantabrigiensis et Oxoniensis" scholae antiquissimae a RR. Pontificibus variis privilegiis ditatae; „Dublinensis" a. 1320. a Joanne 22. Academiae iura acquisivit. — In *Belgio* „Lovaniensis" a. 1425. a Martino 5. constituta; „Duacena" petente Philippo 2. Hisp. Rege. a. 1559. a. Pio 4. instituta ad normam Lovaniensis. — In *Dania* „Hafniensis" ab Erico 8. Rege iam a. 1418. consentiente Martino 5. meditata, tandem a Christiano 1. Rege a. 1478. insti-

386.

Repraesentatio AEppi Agriensis dd. 9. Maii 1834. pro libera Episcoporum in dimittendis ad Clerum Circularibus Pastoralibusque literis facultate, quin easdem praevie Placeto Regio substerni oporteat.

Muneris Episcopalis indoles non minus quam independentiae, qua potestas spiritualis et temporalis, suo modo utraque, gaudent, ratio postulat: ut Episcopi plena commis-

tuta, et a Sixto 4. privilegiis ad modum Bononiensis ornata. — In *Gallia* „Aurelianensis" a Clemente 5. firmata; „Burdigalensis a. 1440. ab Eugenio 4. constituta; „Cadurcensis" a. 1332. a Joanne 22. fundata; „Dolana" a. 1423. a Martino 5. confirmata; „Pictaviensis" a. 1431. a Carolo 7. Rege fundata et a Martino 5. confirmata; „Pontemussana" a. 1572. ad preces Caroli Cardinalis Lotharingici a Gregorio 13. fundata; „Rhemensis" ex institutione Eugenii 3. a. 1148. durante ibidem concilio primordia coepit; „Tolosana" a Legato Pontificio a. 1228. fundata, a. 1233. a Gregorio 9. confirmata, postmodum ulterioribus privilegiis a Joanne 12. et Innocentio 6. ampliata; „Vesuntina" a. 1450. a Nicolao 5. instructa. — In *Germania* „Bambergensis" a. 1648. a Melchiore Ottone Episcopo erecta et ab Innocentio 10. munita; „Basileensis" a. 1459. a Pio 2. fundata; „Coloniensis" a. 1385. fundata, ab Urbano 6. amplissimis privilegiis donata; „Dilingensis" a. 1562. a Julio 3. confirmata; „Erfordiensis" tempore schismatis a. 1388. primum a Clemente 7. Avenionensi, deinde ab Urbano 6. Romano a. 1389. iuribus Academicis instructa; „Francofurtensis ad Viadrum" ab Alexandro 6. concessa, a. 1506. a Julio 6. aucta, et a. 1515. a Leone 10. plenius confirmata; „Fuldensis" a. 1732. a Clemente 13. constituta; „Friburgensis" in Brisgovia, et „Gryphiswaldensis" in Pomerania a. 1456. a Calixto 3. et „Graecensis" in Styria a. 1585. a Sixto 5. confirmatae; „Ha-

sos sibi fidelium greges in spiritualibus gubernandi libertate perfrui, ordinationesque suas ad Clerum populumque dioecesanum citra ullam praeviam censuram edere permittantur. Quemadmodum enim inde ab origine Ecclesiae nostrae ex divina institutione ad Episcopos semper spectabat potestas Verbum Divinum suis in dioecesibus praedicandi, aliis ad hoc ipsum faciendum licentiam dandi, salutarisque Ecclesiae disciplinae observantiam adurgendi, ac eam pro rerum ac temporum necessitate novis etiam statutis commu-

lensis" Alberto Cardinali AEppo Magdeburgensi a. 1531. concessa a Clemente 7. „Heidelbergensis" primum a Benedicto 12. circa a. 1341. tum ab Urbano 6. a. 1386. Bonifacio 9. a. 1398. Paulo 3. et Julio 3. intra annos 1544. et 1555. confirmata et stabilita; „Ingolstadiensis" a. 1459. a Pio 2. concessa; „Lipsiensis" a. 1409. ab Alexandro 5. „Moguntina" a. 1477. a Sixto 4. „Olomucensis" in Moravia a. 1572. a Gregorio 13. „Paderbornensis" a. 1616. a Paulo 5. „Pragensis" a. 1348. a Clemente 6. „Rostochiensis" a. 1419. a Martino 5. „Saliaburgensis" a. 1625. ab Urbano 8. „Tubingensis" a. 1477. a Sixto 4. „Viennensis" in Austria a. 1365. ab Urbano 5. „Witebergensis" in Saxonia a. 1502. ab Alexandro 6. deinde a. 1506. a Julio 2. „Vratislaviensis" in Silesia a. 1623. ab Innocentio 11. „Trevirensis" a. 1454. a Nicolao 5. et a. 1474. a Sixto 4. confirmatae. — In *Hispania*, *Italia*, et *Lusitania* omnes, quae in istis regionibus inveniuntur, Academiae a Rom. Pont. vel fundatae vel comprobatae sunt. — In *Polonia* „Braunsbergensis" a Gregorio 13. circa an. 1572. confirmata; „Cracoviensis" Casimiro M. Rege a. 1344. inchoata, ab Urbano 5. a. 1364. privilegiis munita, anno autem 1400. a Vladislao Jagellona rege cum consensu Bonifacii 9. perfecta; „Wilnensis" a. 1576. Stephani Báthori Regis opera instituta, a Gregorio 13. a. 1579. confirmata. — In *Suecia* „Upsaliensis" schola antiqua ad preces Jacobi Ulphonis AEppi eius loci a Sixto 4. a. 1477. in Academiam erecta et privilegiis Universitatis Bononiensis ornata.

niendi: ita ius quoque de eo decernendi, num huius vel illius doctrina viva voce probata fidei ac bonis moribus; nec non, quantum ad disciplinae capita, universalibus aut particularibus Ecclesiae Hungaricae canonicis sanctionibus sit conformis vel minus, ac proinde ius de eadem doctrina fidei ac morum, si typis vulganda sit, sententiam ferendi, muneris Episcopalis institutioni ednatum est. Episcopi porro hoc praesertim tempore, quo tanta sentiendi, loquendi, et scribendi libertas, tanta librorum perniciosorum copia invaluit, dum multa sacrosanctae Religionis nostrae mysteria in dubium vocantur, et adversarii motiva verae religionis ac christianae caritatis tollendorumque abusuum praetexunt, dum disciplinae ecclesiasticae per increscentem quotidie prave sentiendi ac vivendi libidinem tot tantaque inferuntur vulnera; vocationi suae tunc nonnisi bene respondere poterunt, si illis, quos quippe ipsa muneris pastoralis ratio supremos posuit morum arbitros, plena et irrestricta tum de rebus fidei ac morum dicendi, tum ea, quae ad sempiternam creditorum curae suae gregum salutem opportuna fore in Domino iudicaverint, ordinandi potestas relinquatur, ipsique taliter in hac quoque divini sui muneris parte officio suo imperturbate uti sinantur.

Independentia potestatis spiritualis a temporali id ipsum summopere efflagitat. Si enim Encyclicae Episcopales inspectioni civili primum submittendae sunt, ac proinde prius, quam a Principe Civili disentiantur, et discussae promulgandae concedantur, fideles dioecesanos obligare nequeunt; protinus consequitur, potestatem clavium, quam Ecclesiae nostrae auctor Deus Episcopis fecit, a Summorum terrae Principum beneplacito pendere, itaque frustraneam esse, praesertim quod pro Catholicis Principibus quoque stet praesumtio, illos non temporalem duntaxat, verum etiam spiritualem sempiternamque populorum salutem promotam cupere, huiusque officii conscientia ad disponendo cuncta, quae hunc in fidem opportuna putaverint, obligari. Alioquin etiamsi eae duntaxat Episcoporum Encyclicae Placeto substernendae forent, in quibus novae sive clero sive populo obligationes imponerentur, haec ipsa obligatio necessitatem

subin importaret omnes sine discrimine Episcoporum Circulares praeviae politicae inspectioni substernendi, quo diiudicari possit, an non fortassis eaedem novam quampiam in se contineant dispositionem.

Horum iam motivorum consideratione ducti divi Hungariae Reges publica quoque pro libertate ecclesiastica in subversante merito posuerunt testimonia, in legibus patriae nostrae, Regumque decretis obvia. Signanter S. Stephani Decr. lib. 2. cap. 2. disertis verbis enunciatum legitur: „Episcopi habeant potestatem res ecclesiasticas providere, regere, et gubernare atque dispensare secundum canonum auctoritatem," Item Colomanni Decr. lib. 1. cap. 65: „Episcopus solus habeat potestatem in Ecclesia." Juxta tit. 9. Prol. Trip. statutum seculare contra libertatem Ecclesiarum diuturnam nec non statuta, quae salutem animae respiciunt, non valet." Et in genere ex spiritu tenoreque legum nostrarum videre est: Reges nostros, si quas in materiis mere spiritualibus leges condiderant, has duntaxat prioribus canonicis sanctionibus superinduxisse, neque profecto inde a condito Regno Episcopos libertate ferendi et exequendi statuta ecclesiastica privare voluisse.

Nec id pro asserendo iure inspectionis Civilis Gubernii intuitu Encyclicarum Episcopalium adduci potest, quod ordinationes Episcoporum in publicas Status correlationes suum influxum habere possint, consequenter saltim illae, queis novae obligationes Clero populoque Dioecesano imponuntur, prius quam publicentur, Placeto Regio submittendae esse censeantur. Dum enim de Episcopis in genere praesumendum est, eos et ampliori religione et vocationis suae sanctitate continuo eo duci, ut non solum ipsi nil in leges civiles committant, verum etiam populo sibi credito cum aliarum virtutum, tum praecipue fidelitatis et devotionis erga Principem et Regnum exemplo praeeant: idem profecto de Episcopis Hungariae quoque iure hocque magis supponere licet, quod ipsi legislationis civilis partem capere iussi, avitarumque institutionum bene gnari nihil omnino seu per se seu per alios admissuri sint, quod vel Regiae auctoritati, vel Regni Constitutionibus quaqua ratione officeret; demum

Imperio Civili nunquam desunt media, illos, qui his non obstantibus exerrare dignoscerentur, ad obsequium revocandi. Porro cum Episcopi tum vi sui muneris, tum etiam e praescripto Resolutionum Regiarum sint omnium scriptorum rem Catholicae Religionis concernentium censores: minime congruum esse videtur, ut quibus incumbit invigilare, ne quid fidei, moribus, ac disciplinae Ecclesiae dissonum ab aliis vulgetur, ipsi non sine auctoritatis suae derogamine Pastorales suas Literas praeviae politicae iurisdictionis censurae substernant. Sane si quoad Evangelicos vigore art. 26: 179%. §. 4. statuitur, ut in rebus religionis unice a suis superioribus dependeant; si eiusdem art. §. 5. disponitur, ut Evangelicorum libri religionem concernentes per Censores e medio eorum diligendos revideantur, neque huiusmodi libri ulteriori censurae unqnam substernuntur; si denique Evangelicorum Superintendentes ac ipsi etiam Graeci r. n. u. Episcopi ad concernentes animarum pastores literas suas circulares libere et absque ulla altiori inspectione dimittere possunt: evidens est, conditionem Episcoporum Catholicorum hoc sub respectu ac quantum ad spirituale suorum regimen, sorte Superintendentium ac Gr. n. u. r. Episcoporum longe deteriorem futuram esse.

E quibus rationum momentis censeo, Episcopos penes pristinam, ac per ipsum etiam Josephum 2. Imper. intacte relictam in dimittendis ad Clerum et populum Encyclicis libertatem ultro quoque relinquendos esse. — Agriae die 9. Maii 1834. J. L. Pyrker, P. AEppus Agriensis.

387.

Reprobatio Articulorum Badensium in Helvetia auctoritatem Ecclesiae constringentium ab Episcopo Basileensi facta dd. 10. April. 1835. *)

Wiewohl mir die Menge und Wichtigkeit der Amtsgeschäfte, welche im verdoppelten Maasse auf den Regierungen unserer Tage lasten, nicht unbekannt sein kann, und es

*) *Rheinwald*, acta histor. eccles. Sec. 19. Jahrg. 1835. p. 96.

desswegen in meinen Wünschen läge, ihre schwere Sorgen und Mühen nicht noch durch unangenehme Zuschriften von mir zu steigern: sehe ich mich doch in die traurige Nothwendigkeit versetzt, Sie mit gegenwärtigen Schreiben zu belästigen. Um mich aber so kurz als möglich zu fassen, gehe ich sogleich auf den Hauptgegenstand über. Derselbe ist die von mehreren Herren Deputirten hoher eidgenössischer Stände den 23. Jänner 1834. zu Baden im Aargau getroffene Conferential-Schlussnahme. Betrachtet man ihren Inhalt auch nur mit flüchtigem Auge, so sieht man den Extract der berichtigten Synode von Pistoja, des sogenannten Emser-Congresses, und der vor wenigen Jahren gemachten Frankfurter Pragmatik mit dem Anschlusse etlicher Artikel, von denen jeder einsichtsvolle Leser, der gewisse Collisionen mit ein paar hochverehrlichsten Cantonsbehörden, in die der Bischof von Basel zufolge amtlicher Stellung wider seinen Willen verwickelt worden war, wahrgenommen hat, unschwer erkennen kann, sie seyen als Coërcitiv-Mittel gegen den bischöflichen Stuhl von Basel aufgenommen worden. Da nun die Beschlüsse der Pistojer Synode, gleichwie des Emser Congresses und der Frankfurter Pragmatik in der allgemeinen Kirche eine solche Verwerfung fanden, dass selbe unvollzogen bleiben mussten, und als eine Pflanze, die nicht von Gottes Hand gepflanzt worden, schnell verdorrten, und dasjenige, was der Bischof von Basel aus heiliger Amtspflicht gethan hatte, fürwahr keiner Coërcitiv-Maassnahme bedurfte: musste nicht des Bischofs Herz tief verwundet werden durch die Nachricht dieser Badener Conferenz-Schlussnahme, die, was schon anderwärts der allgemeinen Verwerfung mit vollem Rechte unterlag, in seine Dioecese einzupflanzen und des rechtmässigen Hirten Jurisdiction zu vernichten drohte? Ja, tief war die Wunde meines Herzens. Ich litt schmerzlich, und schwieg dennoch. Ich schwieg, weil mich keine Cantonsbehörde um mein Gutachten angegangen hat; weil man hoffen durfte, die sieben hohen Diöcesan-Stände werden in ein derartiges Verkommniss niemals einwilligen; ich schwieg, weil sich erwarten liess, ein Gegenstand, der Kirche und Staat betrifft, werde nicht einseitig

vom Staate abgeschlossen werden; weil es sich endlich für mich als den Betheiligten am allerwenigsten schlichte, in meiner eigenen Sache das Wort zu ergreifen. Ich setzte dieses mein Stillschweigen sogar dann noch fort, als mir Höchstsie — das unterm 7. Junius 1834. vom hohen grossen Rathe erlassene und unterm 9. Junius von hohen kl. Rathe zum Vollzug beschlossene, schon gedruckte Gesetz übersandten. Ich dachte nämlich, keine Antwort sei der höflichste Wink von nicht erfolgter Mitgenehmigung, und eben desswegen die beste Antwort. Wie gross war aber mein Erstaunen, als ich in Zeitungsblättern las, es sei von einem Herrn Grossrath in der öffentlichen Sitzung ausgesprochen worden, der Bischof habe eben desswegen, weil er geschwiegen, alle diese Neuerungen gutgeheissen. Da ich es nun für unmöglich hielt, dass auch nur ein einziger aus einem so hocherwürdigen Rathscollegium eine solche Folgerung vom Schweigen zum Gutheissen — und noch dazu in einem Gegenstande, wo Jedermann, der noch zwei gesunde Augen hat, sehen kann, dass Stillschweigen sei ein tief und schwer leidendes Schweigen — zu machen im Stande wäre: schien mir diess Zeitungsinserat eben so wenig Glauben zu verdienen, als mancher Zeitungs-Artikel, dessen Berücksichtigung unter der Würde eines Bischofs sein würde. Ganz anders zeigte sich mir diese Sache, als mir jüngst durch zwei ehrende Deputirte ein Schreiben von einer bedeutenden Anzahl Katholiken, und noch dazu mehrerer Grossräthe Ihres Cantons, vom 28. März d. J. datirt, überreicht wurde, worin die Bemerkung steht, dass die Beförderer und Freunde der kirchlichen Neuerungen vielfach und bei jeder Gelegenheit die Behauptung aussprechen und auszusprechen fortfahren, der Bischof habe diess alles gutgeheissen. Unter solchen Umständen bin ich gezwungen, das Stillschweigen zu brechen; wesswegen ich vor Ihnen erkläre, dass ich weit entfert die Badener Conferenz-Beschlüsse gut zu heissen, dieselben vielmehr missbillige, wie sämmtliche katholischen Bischöfe zu allen Zeiten dergleichen Artikel standhaft missbilligt haben, und dass ich mich und die Jurisdiction und Rechte des bischöflichen Stuhles vom Basel und der heil. Kirche

dagegen feierlich verwahre. — — Meine Amtspflicht macht es mir zur Schuldigkeit, hier auszusprechen, wie es in Ihrem Canton aussieht. Gross ist die Unruhe unter ihren katholischen Landesangehörigen, tausend und tausend Herzen sind gepresst von Angst und Besorgniss, bei Tag und bei Nacht entsteigen der gewissenhaften Brust die bittersten Seufzer, fromme Thränen fliessen und allgemeine Klagen durchdringen ganze Dörfer und einzelne Häuser. Der ächte Katholik weiss und verehrt den Grudsatz seiner Kirche: bei dem, was überliefert worden ist, soll es verbleiben. Sie, Väter des Vaterlandes! können diese Angst und Besorgniss Ihrer kathol. Landeskinder heben, die Seufzer stillen, die Thränen abtroknen, die Klagen in frohe Dankesergüsse umwandeln, grosse Gefahr vom Vaterlaude abwenden, und eine Crise verhüten, deren Folgeu eben so unberechenbar seyn könnten, als sie übersehbar sind, wenn Hochdieselben beim Gr. Rathe ein Decret auswirken, vermöge dessen im katholischen Kirchenwesen der alte Zustand verbleiben soll, bis die beiderseitigen betreffenden Behörden des Staats und der Kirche über allfällige Modificationen in's Einverständniss getreten sind. Die Katholiken haben zufolge ihrer Religion die Pflicht, und zufolge der von der Staatsverfassung gewährleisteten Gewissensfreiheit und ungehinderten Ausübung der Religion auch das Recht, solches zu fordern. Gewähren Sie ihnen, um was sie dringend anhalten, und Sie werden in ihnen Laudesangehörige haben, die treu dem Vaterlande anhangen, und mit Gut und Blut für dasselbe stehen. — Solothurn, den 10. April 1835. Joseph Anton, Bischof von Basel. *An Landammann und kl. Rath des Cantons Aargau.*

388.

Eiusdem Eppi Basileensis ad Cantonem Argoviensem epistola dd. 12. Nov. 1835. contra iuramentum super articulis Conferentiae Badensis a Clero exactum: cuiusmodi exactioni non aliter deferri posse significat Eppus, quam addita de iuribus Ecclesiae in salvo relinquendis clausula. *)

Die Regierung des Standes Aargau hat die Beeidigung der Geistlichen beschlossen, und dazu eine bestimmte Eidesformel berathen und festgesetzt. Da nun von mehrere bepfründeten Geistlichen das dringende Ansuchen um eine amtliche Erklärung und bestimmte Weisung in dieser Eidesangelegenheit an den Bischof von Basel ergangen ist, sieht sich derselbe in die Nothwendigkeit versetzt, die kirchliche Erklärung zu eröffnen. Die gleiche Eidesformel wurde im J. 1832. im Canton Bern mit Zustimmung des Bischofs den Pfarrern zur Beschwörung vorgelegt; dieselben jedoch glaubten, ihres Gewissens halber, an den Apostolischen Stuhl selbst recurriren zu müssen; und der Ausspruch des Oberhauptes der kath. Kirche ging dahin, besagte Eidesformel dürfe nicht anders beschworen werden, als mit dem Beisatze: „ich schwöre diesen Eid in all' dem, was der kath. Religion und den kirchlichen Gesetzen nicht zuwider ist." Der Bischof von Basel, als katholischer, folglich mit dem allgemeinen Mittelpunct der Einheit in Verband stehender Bischof, beugte verehrend sein Haupt vor dem Apost. Ausspruche, und machte die Regierung Bern's mit diesem Vorbehalte bekannt. Eben dieses Ausspruches wegen leistete auch die Geistlichkeit des kath. Bezirks den 17. Sept. 1833. den Eid der Unterwerfung unter die verfassungsmässigen Verfügungen nur mit dem ausdrücklichen Vorbehalte: wenn dieselben der kath. Religion und den Gesetzen der Kirche nicht zuwider seien. Aus dem bereits Gesagten können Hochdieselben leicht einsehen, dass die Weisung, die der Bi-

*) Rheinwald, loc. cit. p. 176.

schof auch dem kath. Clerus in Canton Aargau ertheilt, keine andere sein kann, als der im J. 1832. schon erfolgte Ausspruch des heil. Stuhls, indem der Unterzeichnete zu gehorchen hat, wenn die höhere Behörde gesprochen. Schwierigkeit kann eine solche Klausel oder Bedingniss um so weniger finden, weil sie in der Verfassung selbst, welche die kath. Religion für die kath. Bevölkerung gewährleistet, und nur unter dieser Gewährleistung vom Volke angenommen wurde, eingeschlossen sich befindet, folglich ohnehin von den Behörden sowohl als auch sämmtlichen Landesangehörigen respectirt werden muss; zu geschweigen davon, dass die gesetzliche Gewissensfreiheit selbst das Gleiche fordert. Wenn aber auch die Verfassung dieses nicht so deutlich und klar ausspräche, als sie es ausspricht, würde dennoch die Gewissenhaftigkeit der Aargauischen Regierung weder dem Gewissen der kath. Geistlichkeit zu nahe treten wollen, noch den für Kirche und Staat verderblichen Scandal geschworner und nichtgeschworner Priester veranlassen. Was Würde auch der Canton für einen Gewinn daraus ziehen, wenn physische Gewalt, den einen oder andern Priester bewöge, seinem Gewissen zuwider den unbedingten Eid zu leisten? Mit dergleichen gewissenlosen Männern wäre dann fürwahr dem Staate schlecht gedient. Die Unerlässlichkeit des erwähnten Vorbehaltes tritt um so sichtbarer hervor, wenn man die gegenwärtigen Verhältnisse in's Auge fasst. Der hohe Stand Bern hatte immer mit dem Bischofe von Basel im besten Einverständnisse gelebt, die Gesetze und Rechte der Kirche treu geehrt, und die kathol. Landesangehörigen sahen in ihren Landesvätern so grossmüthige Beschützer der kath. Religion, dass Niemand besorgen konnte, es möchte je ein Staatsgesetz erfolgen, welches dem Katholicismus auch nur den kleinsten Abbruch thäte. Dennoch fand der Papst die Klausel zur Eidesformel nothwendig, weil die organischen Gesetze noch nicht entworfen waren. Im Canton Aargau hingegen mit tiefen Schmerze gesteht es der Bischof — ist ein kathol. Kirchenrath aufgestellt, der den Gläubigen keine Garantie gewährt. — Solothurn, den 12. Nov. 1835. Bischof von Basel.

389.

Votum de sic dicti Placeti Regii necessitate ex parte Catholicorum Cantonis Solodorensis in Helvetia a. 1835. depromtum, egregias contra dictum Placetum reflexiones continens. *)

Als Mitglied der Kommission, die Sie zur Untersuchung des *Placet*, und der übrigen damit vorgeschlagenen Gesetze niedergesetzt haben, finde ich, der ich weder auf Annahme der Vorschläge des Kleinen Raths, noch der Vorschläge der Mehrheit der Kommission antragen kann, mich gedrungen, um falschen Auslegungen meiner Meinung zuvorzukommen, Ihnen alle meine Gründe so kurz als möglich zu entwickeln. Ich mache den Anfang mit dem Placet-Gesetzes-Vorschlage, weil die gleichen Gründe, die mich zum Antrage der Verwerfung des Vorschlages über das Placet bewegen, mich auch als Hauptgründe der Nichtannahme mehrerer der übrigen Vorschläge bestimmen. Ich finde, dass das vorgeschlagene Gesetz über das Placet sich gegen die unwandelbaren Grundsätze der römisch-kathol. Kirche verstosse, also die Garantie, welche die r. kath. Religion durch unsere Verfassung enthalten, verletze, und nicht einmal zu Erreichung vorgeschobener Staatszwecke nöthig sei. Über die eigentlichen, ursprünglichen Beweggründe zu solchen Gesetzen mag noch vieles dunkel sein. Man behauptet, es sei nothwendig, die gegenwärtigen Befugnisse der Regierungen in geistlichen Sachen zu vermehren; es sei ehrenhaft, sich von äusserm Einflusse unabhängig zu machen. Mehrere glauben, diess alles sei in Verbindung mit einer gewünschten Reformation in Deutschland, deren Zwecke nicht näher bezeichnet werden; und man schiebe Aargau und andere Cantone nur voran, wie ein General im Kriege sehr oft ganze Bataillons zu Erreichung eines wichtigen Zweckes aufopfert, die desswegen die verlornen Kinder genannt werden. Dieses Letztere gewinnt an Wahrscheinlich-

*) Schweizerische Kirchenzeitung. 1836. N. 1.

keit, wenn man die Wege betrachtet, die man einschlägt, um die kathol. Geistlichen der Schweiz, einem Erzbischofe zu untergeben.

Vor 1378—1389 findet man keine Spur vom Placet oder Genehmigung der Geistlichen Erlasse ab Seiten der Regierungen, und damals entstand es gegen allfällige Erlasse der Afterpäpste, und also zum Schutze der kath. Kirche. Das Visum, oder das Recht der Einsicht, ist ganz neuesten Ursprungs, und nur eine freundlichere, dem Placet aufgedrückte Maske, und kommt, weil durch die Verweigerung desselben die Bekanntmachung eines geistlichen Erlasses unterbleiben muss, in seinen Wirkungen und Folgen dem Placet gleich. Dieser Gesetzesvorschlag berücksichtiget gar nicht, dass die kath. Kirche von Bischöfen regiert werden muss, die an ihrer Spitze einen Nachfolger Petri haben, welchem nach der Lehre Christi und den kirchlichen Überlieferungen allein die Verheissung des göttlichen Geistes geworden ist. Diese Kirche kann und soll zwar ihre zufälligen Formen den Bedürfnissen jedes Zeitalters anpassen; aber nie darf sie ihre wesentliche Gestallt verlieren; immer muss sie mit lehrender, gesetzgebender und Disciplinargewalt ausgerüstet sein. Der Geschichtschreiber Johann Müller, ein Protestant, sagt uns in seinen Reisen der Päpste, was die kath. Kirche ohne Papst gewesen wäre und sein würde: „Ohne Papst wäre die Kirche ein unbehülflicher Haufen gewesen — ohne Papst wäre die Kirche wie ein Heer, dessen Feldherrn erschlagen worden." Die Anordnungen dieser von Christus selbst bestellten Lehrer und Vorsteher der kath. Kirche will der Vorschlag der Censur, der Genehmigung oder Nichtgenehmigung der Regierung, und also dem willkührlichem Entscheid von 6. bis 9. Rathsherren überlassen, die hiezu weder hinlängliche Kenntnisse, noch Beruf, noch Weihe haben, die die Untergebenen dieser Vorsteher oder vielleicht noch von einer andern Religionsgesellschaft sind, als wenn diese Männern einzig keinem Irrthume, keiner menschlichen Schwachheit unterworfen wären. Dieses geschieht doch gewiss nicht, weil das, was die Katholiken mehr als die übrigen Christen glauben,

der zeitlichen Wohlfahrt des Staates nachtheilig wäre; denn dadurch, dass die Katholiken an die wahre Gegenwart Christi beim Abendmahle und der Messe, an die Unauflösbarkeit der Ehe glauben, dadurch, dass sie auch für kleinere Sünden grosse Strafen im Fegfeuer zu erwarten haben, dass sie nicht durch den Glauben allein selig zu werden hoffen, sondern dazu noch gute Werke nothwendig glauben, dass sie sich verpflichtet fühlen, durch Fasten und Enthaltsamkeit ihre Sinnlichkeit zu bezähmen; durch alles dieses kann der Staat nur gewinnen. Die Andacht und Gottesfurcht wird dadurch vermehrt, die christliche Liebe werkthätiger, die Verträglichkeit und Nachsicht zwischen Eheleuten grösser, der Katholik frühzeitig gewöhnt, die Wechselfälle des menschlichen Lebens und die, wenn auch oft harten, obrigkeitlichen Gesetze mit Ergebenheit zu ertragen. Eben so unschädlich ist das von Vielen gefürchtete Disciplinarrecht der kath. Kirche. Seitdem nämlich keine Freistätten für Verbrechen mehr sind, seitdem die Geistlichen für Verbrechen und Vergehen den gleichen Gesetzen und Gerichten unterworfen sind, wie die Nichtgeistlichen, seitdem kann die kath. Kirche nur lehren, warnen und im strengsten Falle einem beharrlich Ungehorsamen erklären, dass er ihr nicht mehr angehöre; allein dieser bleibt in vollem Genusse seiner Freiheit und bürgerlichen Rechte, und nichts hindert ihn, seinen sinnlichen Gelüsten nach wie vor mit gleicher Behaglichkeit zu fröhnen. Und man wird doch die kath. Kirche nicht zwingen wollen, einen Katholiken, der vorsätzlich und beharrlich ihre Vorschriften übertritt, dennoch unter die ihrigen zählen zu müssen, während vielen hundert andern Vereinen ein solches Recht noch nie angestritten worden ist. Nur bei der obern kathol. Geistlichkeit den Missbrauch des Rechts voraussetzen, heist doch wahrlich, die Sache mit einem gelinden Namen belegt, ein Vorurtheil. Ohne Placetgesetz wird uns ferner, wie jetzt, Niemand hindern, jeden Missbrauch kirchlicher Gewalt, gehe er von geistlichen Behörden oder einzelnen Priestern aus, mit Nachdruck zurückzuweisen und die Fehlbaren den Gerichten zu verzeigen. Nur soll man nicht als

Missbrauch der Gewalt bezeichnen, was die geistlichen Behörden, ohne ihre Pflicht gegen Gott und die Kirche zu verletzen, nicht unterlassen dürfen; man soll nicht, wie der Vorschlag es thut, an untergeordneten Geistlichen rügen, dass sie in ihrer Stellung als kirchliche Beamte den Befehl der Staatsgewalt nicht vollzogen, dem ein ausdrückliches Verbot eines geistlichen Obern entgegensteht, welchem sie eidlich verpflichtet sind; man soll die Geistlichen überhaupt nicht missbrauchen, wie sie in unserer Nachbarschaft missbraucht worden sind. Ohne Placet werden in Zukunft, wie in der Vergangenheit, Erlasse der kirchlichen Oberbehörde, die dem Staat wirklich interessiren, vor der Bekanntmachung der Staatsbehörde zur Einsicht eingesendet werden, indem die Kirche dadurch, dass ihre Anordnungen die Billigung der Staatsgewalt erhalten, denselben einen grössern Nachdruck verschafft; immer wird gegründeten Bemerkungen und Einsprachen des Staates nach Möglichkeit Rechnung getragen werden, weil der Schutz des Staates die hohen und ewigen Zwecke der Kirche sehr befördern kann.

Aber, sagt man noch zu Gunsten dieser Vorschläge, wollen wir denn einzig in der gebildeten und fortschreitenden Welt eine Insel bilden? — Ich sehe nicht ein, warum wir, wenn wir auch der einzige Stand wären, uns schämen sollten, die kath. Religion in der von ihrem Stifter ihr gegebenen Grundform und unter allen für ihre erhabene Bestimmung nothwendigen Bedingnissen fortbestehen zu lassen, da wir in ihrem Wirken für die höchsten und ewigen Zwecke der Menschheit gezeigter Massen keine Nachtheile, sondern nur Vortheile für die zeitliche Wohlfahrt des Staates finden. Hüten wir uns im Gegentheile vor Nachäfferei und davor, uns blindlings für uns unbekannte oder gar fremde Zwecke als Instrumente darzugeben. Hüten wir uns vor dem Systeme eines Gottes ohne Kirche, vor dem Deismus, dem die Gottesläugnerei nachläuft und den sie ihren Vater nennt. Allein, wir würden eher diese Insel bilden die Einige so sehr fürchten, — wenn wir die Vorschläge des Kleinen Rathes annähmen, wie ich es in der Commis-

